AD DIVVM FRANCISCVM GALLIarum Regem Chriſtianiſſimum Martini Brionei Pariſienſis Præfatio.

Q væ res votis omnium à Deo (optimo maximo) regem dari terris (cui non minor vrbanarum rerum cura ſit quam ſtudium militaris negotii) tandem nunc euenit. Nam cui diuini illi tituli iuſtius cõueniant quam qui virtutum omnium numeros abſoluit, quas tam difficile eſt pro merito laudare quam pauci imitari poſſunt earum præcellentiam id eſt diuinitatem. Quum nos in te vno (meliore neſcio an ſapientiore) didicerimus, verum eſſe quod Homerus, pluribus iam ſeculis canit: haud quidem minus philoſophice, quam theologice, reges Iouis nutricios: & alumnos eſſe. Quod ſi antea non adeo perſuaſum fuerit: nemo iam negabit, ſane nemo non dicet inſtitum eſſe ab Ioue tam ſapiens pectus, tam fœcundum bonorum omnium. De bellicis rebus quid dicam? omnes adeo norunt quantum hoc nomine tibi debeat Reſp. qui fœliciſſimo ductu regnum à maioribus tuis, per manus traditum, ex ampliſſimo: virtute, & rerum geſtarum, tibi etiam pene puero, gloria maius feciſti, latius, auguſtius. Tum etiam ſanctioribus inſtitutis ſtabiliuiſti, & morum ſacratiſſimorum cenſura, reformatione, religione. Diſciplinarum vero ſtudia, atque humanitatis: & reliquę artes, quid tibi debeant tam difficile eſt eſtimare: quam facile om-

cile omnes sciunt, quantum his vtique faues. spes est igitur futurum, vt hæc tam similiter floreant, & viuant quam ex æquo tecum viuit imperium. Hæc igitur mihi reputanti, atque illum rerum statum admiranti, quo nec beatiorem Plato fingere potuit in sua Republica multo fœlicissimum imperium visum est, rebus summis illis ad numerum tam vnanimiter congruentibus, quæ Romani principatus fuerunt instrumenta. Tu vero qui fœlicitatis illius caussa es, laudandus, adorandus, virtutisque præmiis omnibus certatim cumulandus. Propterea ego qui scirem, quantum publico hoc nomine tibi obnoxius essem, occasionem captabam quo significarem animum erga te meum, obseruantiam, pietatem. Et quando videbam virtutem, fortunam quoque tuam maiorem, ampliorem esse, quam vt vllis diuitiis crescat nedum priuatis nostris, & exiguis muneribus, statueram te scriptis meis (cum nihil aliud possem) onerare. Iam animum, manumque admouerem operi, quod ego de rebus à te fœliciter, & fortiter gestis carmine contexebam, sed ægritudine interpellatus, atque in aliam materiem reiectus, vtpote quæ vtilior esset, & hilarior, aptiorque ad euocandam alliciendamque. sanitatem, quam ardua illa, atque adeo seria. Nam per id tempus oblatis mihi aliquot antiquissimis cosmographiæ, geographiæ, chorographiæq; voluminibus, à pethaleone pio amico meo, atque id genus festiuitatum studiosissimo, cosmographiæ gratia captus (quã admirari nunquam cesso. nec

satis

satis queo) diligentius cepi parallelos, climata, zonas, horrizontes, coluros circulos meridianos, ac polares tropicosque, locorum longitudines, & latitudines, formasque omnes (quæ in his variæ erant) inspicere, considerare tanquam curiosus emptor. Quæ cum placerét tam lepide ornata, distinctaque tam elegáter, pro meo illo in vetustatem amore facturum putaui, si de illis artibus scriberem quas cosmographia, geographia, chorograhiaque continet: quas tanto studio coluit antiquitas illa erudita. Cumque audirem à nonnullis, eius generis amœnitates, maiestatem tuam non aspernari, incredibile est quantum desiderium iniecerit illa contemplatio pariendi, quod parturieram, patrandi quod conceperam. Quin facile fecit, & extricabile, quod alioqui difficilimum inueneram. Tota igitur tua est eius operis nuncupatio princeps optime. Teq; tuamq; huc facilitatem inuoco, te obsecro vt librum, authoremque, & quicquid de situ, ambituque terræ promissionis cosmographicæ, geogra. chorographicæq;, edidimus, defendas à vitilitigatoribus istis (quos vocat Marcus varro) & tenebrionibus qui die nihil vident, nocte quidem acutissime id est vt vitia causantes ita non celebrantes bona, temere iudicantes de alienis laboribus, atque improbe cum ipsi nihil agant. Sed ego sum sanus qui te ad priuati patrocinium deuoco, quasi non videam, quãtum supra sit celsitas tua. Sed hoc comitas facit, & suadet qui tam omnibus omnis es. Nam cum hæc scribebam, tu eras primus in hoc albo.

Vtcunq;

Vtcunque ergo erit, nihil es qūod imputes princeps humaniſſime, qui malui importunus obloquutor eſſe quam ingratus videri & legis reus, ſi te abſque munere ſalutaſſem, quod piaculum eſt apud perſas. verum ſi quid erit, quod legiſſe, aut vidiſſe iuuet, magis humanitati tuæ reponas, quæ ingenium meum excitauit. Quo fit vt & ego tibi omnia & lectores æque tibi debeamus. Nam & fortaſſe in his aliqua erunt, quorum non omnino authorem peniteat, quæque didiſciſſe haud quaquam pro nihilo iſti ducant. Ceterum hic laboris noſtri fructus vertitur. & gloria, ſi placuerit, neque aliam expecto mercedem.

FINIS

TOTIVS TERRAE SANCTAE, VRBIVMQVE ET QVICQVID IN EIS MEMORIA DIGNVM, ACTVM GESTVMVE FVIT SECVNDVM BIBLIACOS LIBROS AC DIVVM HIERONYMVM AVTHORE MARTINO BRIONEO PARISIENSI ELABORATA DESCRIPTIO.

ARbee id eſt ciuitas quatuor, eo quod ibi quatuor patriarche, Abrahã, Iſaac; & Iacob ſepulti ſunt, & adã magnus omniũ gentiũ parens, vt in libris ioſue ſcriptũ eſt, licet enim quidã mconditũ in loco caluariȩ ſuſpicentur. hȩc eſt aũt eadẽ chebron, olim metropolis philiſtinorũ, & habitaculũ gigantum regnumq; poſtea Dauid in tribu iuda, ciuitas ſacerdotalis, & fugitiuorum. illic eſt quercus abraȩ quȩ & mamreuſq; ad conſtancii regis imperium monſtrabatur: & mauſoleum eius in preſentiarũ cernitur. cũq; a chriſtianis iam ibidem eccleſia ȩdificata ſit: a cunctis incircuitu gentibus terebinthus ſuperſticioſe colitur: eo quod ſub ea angelos hoſpitio Abraam quondam ſuſceperat. hȩc ergo vrbs primũ arbee: poſtea a chebron vno filiorũ chaleb, ſortita eſt vocabulum. vocatur etiam cariatharbe: id eſt villula quatuor vt ſupra dictum eſt.

condita

Condita est septem annis, antequam, Thanis vrbs nobi lis ægipti conderetur, numeri 13 capite. Hæc vrbs prius dicebatur, mambre ciuitas arbeæ, & nunc Hebron, Genesis 35 capite. Iuxta hanc ciuitatem, & inter tabernaculum quōdam Abrahæ, in valle Hebron, est ager damascenus, in quo dicitur Adam, á Deo optimo maximo, creatus, & ad iactum lapidis (secundum aliquos) est locus vbi Cain occidit Abel fratem suum. In Hebron diu māsit Dauid, quem viri Iuda ibi post mortem Saul regis Israel, vnxerunt in regem Iuda, 2 Regum capite 2. In hac vrbe Ioab princeps militiæ dauid regis, dolose interfecit Abner vnum è principibus Israel, Percussitque eum in inguine & sic mortuus est, in vltionem sanguinis Asahel fratris Ioab, quem occiderat, 2 Regum capite 3, ibique sepultus est. non procul ab hac vrbe, Altera est ciuitas Hebron nomine, quæ ad differentiam veteris, dicitur Hebron noua, olim episcopali sede insignita erat cum â christianis possidebatur,

ARABIA

ARabia Triplex est, proxima palestinæ, Iudeæ, & ægipto petrea dicitur, à petra nobili oppido, quod Nabathęi (vt inquit Plinius) incoluerunt. Continet regiones, Munichiatin, & Saraceniam. Gentes sunt Pharanitæ, Hismaelitę, Agareni, Fatheni, Moabitæ, Ammonitæ, & Gerræi.

Altera

Altera est Arabia deserta,Regio ingens,montuosa,arenosa,& vere deserta:cuius Incolæ sunt Bathanęi, Orcheni,&Marthemi.Tertia estArabia quę cognominatur fœlix:nec immerito, nam pręter soli fertilitatem, multis aromatũm generibus abũdat,qualia sunt Aloe, Myrrha,Cinamomum,Camelos alit.Auri &Gemmarum copiam habet,quæ subinde ad Regnum Melide, Regionis Aphricę deportatur.Clauditur autem regio a Septentrione montibus,à meridie mari,deinde duobus sinubus,Arabico,& Persico,quibus in modum penisulę clauditur.In hac dicitur esse cadauer machommęti pseudoprophetę,apud Melcham,illicque colitur à Saracenis in maiorem sui damnationem.

AREOPOLIS.

AReopolis insignis ciuitas in Tribu Ruben quę dicebatur Ath,siue Ar,& prius Rabath moab, Arabię ciuitas,ab vno filiorum Loth,qui vocabatur Moab,quę nunc Areopolis dicitur,sicvocata est. Appellabatur autem Moab,& vrbs,& regio.Porro ipsa ciuitas quasi proprium vocabulum possidet, Rabath Moab,id est grandis Moab.In campestribus moab filii Israel fleuerunt moysen triginta diebus. Vt scribitur Deuteronomii tricesimoquarto capite.Ostendũt regionis illius accolæ,locum Vallis in prærupta demersæ, satis horribilem,&periculosum, qui à plerisq; vsq; nũc

arnonas appellatur:in quo & militum ex omni parte præsidia distributa plenum sanguinis,&formidinis testantur ingressum:hic quondam moabitarum fuit:& postea Seon rex amorreorum Iure belli eum obtinuit. Hęc autem Vrbs,metu terrę magno corruit: quando totius orbis littus transgressa sunt maria. Vide Diuum Hieronimum in Esaiam Prophetam capite 15 Tomo quinto.

AQVAE MORON

A quę Morō siue meron,paruus est lacus,quē Iordanis fluuius īgreditur,& egreditur. Iuxta has aquas Iabin Rex Asor,quæ metropolis erat ōnium regnorū philistiim vt ait Diuus Hieronimus,cōgregauit Iobab Regem Madam, Regem Semeron, Regē Acsaph, Reges quoque Aquilonis: qui habitabant in montanis:& in planitie contra meridiem Ceneroth, in cāpestribus quoque,& regionibus dor iuxta mare: Chananęum quoque ab oriente,& occidente, &Ammorręum atque Aetheum, ac Pherezeum, & Iebuzeū in montanis:æneum quoque qui habitabat ad radices montisHermon in terra Maspha: egressique sunt omnes cum turmis suis,populus multus nimis,sicut arena quæ est in littore maris:equi quoque & currus immensæ multitudinis,conueneruntq; omnes Reges supradicti in vnum ad has aquas Meron vt pugnarent contra populum Israel,quos Iosue Dux Israel percussit in ore gladii iuxta has aquas, & persecutus est eos vsque ad Sido-

Sidonem magnam, & aquas Muſerephot equos eorum ſubneruauit, &currus igne combuſſit. Ioſue 11 cap.

ASCALON

ASCALON Vrbs nobilis paleſtinæ, quæ & ipſa antiquitus vna fuit de quinque ſatrapiis philiſtinorum, ſeparata quidem tribui iudæ. tamen non retenta ab ea,quia habitatores eius ſuperare non potuit. Hæc vrbs olim dicebatur philiſtiim. nunc vero Aſcalon. hanc vrbem cum finibus ſuis cepit iudas ille dux Iſrael, ſucceſſor Ioſue, Iudicum 1 capite. hic ſanſon occidit triginta viros de philiſtæis, quorum veſtes abſtulit, vt eas totidem viris daret, qui eius probleuma infra ſeptem dies ſoluerent quod tale erat. de comedente exiuit cibus: & de forti egreſſa eſt dulcedo: Iudicum 14 capite. Aſcalon ſecundum Diuum Hieronimum in Zacariam Prophetam capite nono: Tomo 6 interpretatur ignis ignobilis, ſiue ponderata: aut ignis homicida: idem in ſophoniam Prophetam capite 2, Tomo ſexto. hæc vrbs venit in manus ſaladini ſoldani babiloniæ, & damaſci Anno domin mileſimo centeſimo octuageſimo ſeptimo.

AZOTVS

zotus Vrbs in forte tribus Iudæ, quæ hebraice
A vocatur aſdod, in qua derelicti ſunt gigãtes,qui
appellabantur Enachim, & eſt vſque hodie inſigne oppidum paleſtinæ, & vna de quinque ciuitatibus allophylorum,decreta quidem fuit tribui Iudę,ſed non retenta ab ea,quia nequaquamveteres accolas potuit expellere Diuus Hieronymus de locis hebraicis. Arca Domini quæ capta fuit à Philiſtęis iuxta lapidẽ adiutorii.in hac vrbe poſita fuit in tẽploDagon Primi Regũ 7 cap.Iuxta hancvrbẽ occiſus eſt Iudas machabęus,à bachide,&alchimo prĩcipibus militiæ demetrii regis.Primo machabeorum cap.9. hãc ſargon aſſyriorum rex(qui ſeptem nominibus appellabatur) miſſo duce exercitus ſuithartam nomine cepit,& tenuit eſaias propheta cap.20 &ibi Diuus Hieronymus tomo 5. Azotus ſecundum Diuum Hieronymum interpretatur ignis generans, vel ignis mãmillę,Hieronymus in zachariam prophetam capite 9, Tomo 6.

ASASONTHAMAR.

Saſonthamar vrbs in qua quondam habitabant
A ammorræi,quos interfecit chodorlaomor Rex
elamitarum, iuxta eremum cades. Aſaſonthamar in lingua noſtra idem eſt quod vrbs palmarum, thamar quippe palma dicitur.

ADER

Ader

Der Interpretatur turris gregis, iuxta quam ia-
A cob pauit greges suos, & pastores nocte vigilantes audire meruerunt angelorum choros dicentium. Gloria in excelsis deo. & super terram pax hominibus bonæ voluntatis. Diuus Hieronymus ad Eustochium virginem tomo 2.

ADAMA

Dama vrbs vna de quinq; ciuitatibus sodomo-
A rum. quæ diuino Igne euersa, atque consumpta fuit, propter peccata habitantium. Rex huius vrbis vocabatur sennaar vt scriptũ est Genesis 14 cap.

ACCARON

Ccaron siue appollonia vrbs in tribu Iuda ad
A lęuam chananeorum. Vna de quinque olim satrapiis palestinæ, & decreta est quidem tribui Iudæ, nec tamen tenta ab ea, quia habitatores pristinos nequiuit expellere. Sed & vsque hodie grandis vicus Iudæorum accaron dicitur, inter azotum & iamniam. hanc vrbem cum terminis suis cepit Iudas ille dux Israel, iosue successor. iudicum 1 cap. Dauid in Accaron occidit ducentos viros ex philisteis, quorum preputia attulit, & ea regi Saul annumerauit vt esset gener eius, dedit itaque Saul ei Michol filiam suam vxorem primo regum cap. 18.

Antipa-

ANTIPATRIDA

A Ntipatrida siue dorca, oppidum palestinę semi ratum: quod de patris nomine herodes Vocaue rat. diuus hieronimus ad eustochium Virginem Tomo 2 .In hanc ciuitatem milites secundum pręceptum sibi: assumentes Paulum apostolum duxerunt per noctem in antipatridem: quia iudęi decreuerant eum occidere: actuum 23 capite. hęc vrbs prius ca pharsaba dicebatur: iosephus de antiquitatibus iudeorum libro 13. capite 21: nunc vero arsur dicitur.

AZECHA

A Zecha Ciuitas chananęorum: ad quam vsque persecutus est Iosue dux Israel quinque reges: scilicet Regem Hierusalem, Regem Hebron, Regem Hierimoth, Regem lachis et Regem eglon: et cũ fugerent á facie filiorum Israel: & essent in descensu Bethoron, respexit dominus deus Populum suum Israel: et misit super hostes populi sui lapides magnos de cęlo vsque ad azecha: & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis quam quos gladio percusserant filii Israel. hic etiam ad preces iosue Ducis Israel sol stetit in medio cęli, & non festinauit occunbre spacio vnius diei: donec se vlcisceretur iosue de inimicis suis. Iosue capite 10

Abenezer

A Benezer Interpretatur lapis adiutorii:siue lapis auxiliator:est autem locus vnde philistiim tulerunt arcam testamenti,& eam asportauerunt à lapide adiutorii in azotum vrbem 1 Regum 5 capite & dicitur lapis adiutorii,eo quod filii Israel egressi de Masphat persecuti sunt philistæos,percusseruntq; eos vsque ad locũ qui erat subter Bethchar, Tulit autẽ samuel propheta domini lapidem vnũ,& posuit eum inter masphat,& inter Sen,& vocauit nomen loci illius lapis adiutorii,dixitq; hucusq; auxiliatus est nobis dominus, 1 Regum capite 7

ADDOMIN

A Ddomin Quõdã villula nũc ruinę,qui locusvsque hodie vocatur maledomin,& grece dicitur ananasis,latine autem appellari potest ascensus rufforum, siue rubentium,propter sanguinem qui illic crebro à latronibus funditur,ibi & castellum militum situm est ob auxilia viatorum,huius sanguinarii,& cruenti loci,dominus noster quoque in parabola descendentis hierichum de hierosolima recordatur.

ACHOR

A Chor hebraice dicitur emecachor,quod interpretaturvallis tumultus,vel turbarum,eo quod ibi tumultuatus & turbatus sit Israel.

estque

estque ad septentrionem hiericho, & vsque hodie à regionis accolis sic nominatur, huius meminit osee propheta cap. 2 dicens, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & dabo ei vinitores eius, & loquar ad cor eius ex eodem loco, & vallem achor ad aperiendam spem, hic vide DiuumHieronymum Tomo 6. In hac valle achor populus Israel lapidauit acham filium zare propter furtum anathematis, filios quoque & filias eius, boues, & asinos, & oues, ipsumque tabernaculum, & cunctam suppellectilem, dicens, quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac, congregaueruntque super eum, aceruum magnum lapidum, qui permanet vsque in presentem diem, Iosue cap. 7.

ANATHOTH

A Nathoth insignis ciuitas in tribu Beniamin, olim filiis Aaron sacerdotibus separata cũ suburbanis suis Primo Paralipomenon 6 cap. Ex hac fuit Hieremias Propheta, Diuus Hieronimus in prologum Hieremię Prophetę.

AREA ACHAD

A Rea Achad sita est trans Iordanem, vbi seniores domus Pharaonis cunctique maiores natu terræ ægipti, cum Ioseph & Patribus suis plan xerunt quondam Iacob, celebrantes exequias planctu magno,

magno, atque vehementi, impleuerunt septem dies. Quod cum vidissent habitatores terrę chanaam, dixerunt .planctus magnus est iste egiptiis .& idcirco vocatũ est nomen loci istius, planctus ęgipti. genesis vltimo capite. nunc autem vocatur bethagla: quod interpretatur locus gyri, eo quod ibi more plangentium circunierint in funere Iacob.

AZER.

AZer siue iazer terminus vrbis ammon quę nunc philadelphia dicitur, diuidens eam, Amorręorumque regionem, & est in octauo circiter lapide eius, vicus iazer nomine, vsque in presentem diem permanens.

ALTARE MIRAE MAGNITVDINIS.

HOc altare infinitę magnitudinis edificauerunt in terra Chanaan, iuxta Iordanem, filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manasse, in testimonium inter eos & filios Israel, & sobolem eorũ, Israelitarumq; progeniem, vt seruiant domino, & eorum Iuris sit, offerre & holocausta & victimas, & pacificas hostias, ne aliquando dicãt filii Israel, filiis Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, non est vobis pars in domino. Quod si dicere voluerint, respondebunt eis. Ecce altare domini quod fecerunt patres nostri, non in holo-

causta, neq; in sacrificiũ, sed in testimonium nostrum ac vestrum. Iosue 22. cap.

AENON.

A Enonvrbs, iuxta quā baptizabat Ioānes baptista vt in euangelio beati Ioannis apostoli cap.3. scriptum est. Ostenditur nunc vsque locus, in 14 lapide. scythopoleos iuxta Iordanem.

AROER.

A Roer oppidum Moabitarum, quod situm est super ripam Torrentis Arnon, possessum olim à gente veterrima omniim, & postea retentum à filiis Loth, id est Moabitis cum priores accolas subuertissent. & ostenditur vsque hodie in vertice montis illius, sed & Torrens per Abrupta descendens in mare Mortuum fluit.

AVOTHIAIR.

A Vothiair quod interpretatur Epaslis air, hæc est terra Basan, in qua olim fuerunt sexagintavrbes in monte Galaad, quæ ceciderunt in sortem dimidiæ tribus Manassæ, qui locus nunc vocatur Golam in terra Bathanæa.

ABARIM.

ABARIM.

A Barim mons in terra Moab cōtra Hierico ſupra Iordanem, in ſupercilio montis Phaſga, dicitur autem & mons eſſe Nabau, ſiue Nebo: oſtenditurq; aſcendentibus de Lybiade in Eſebum, antiquo hodieq; vocabulo iuxta montē Phogor nomen priſtinum retinentem, à quo circa eum regio vſque nunc appellatur phaſga, in hunc montem aſcendit Moyſes, vt contemplaretur terram promiſſionis. Numeri 27. cap.

APHEC.

A Phec vrbs in tribu Yſachar. Hanc cepit Ioſue dux Iſrael, rege illius interfecto. Ioſue 12. capite. Benadab rex Syriæ congregauit omnem exercitum ſuum, & aſcendit in vrbem Aphec, vt pugnaret contra populum Iſrael: filii autem Iſrael acceptis cibariis profecti ex aduerſo, caſtra metati ſunt contra eos, quaſi duo parui greges caprarum: Syri autem repleuerunt terram. Septima autem die cōmiſſum eſt bellum, percuſſeruntq; filii Iſrael de Syriis centum milia peditum in die vna: fugeruntque Syrii qui remanſerant in Aphec ciuitatem, & cecidit murus ſuperviginti ſeptem milia hominum, qui remanſerant. Porrò Benadab rex Syriæ fugiens ingreſſus eſt ciuitatem. 3. Reg. ca. 20.

ABELMEVLA.

Belmeula Vrbs vnius de principibus Salo m
A nis. Vnde fuit oriundus Helisæus prepheta.
Tertio Regum decimo nono capite

ASTAROTH.

Staroth antiqua ciuitas og regis basan, in qua
A habitauerunt gigantes quæ postea cecidit in sortem dimidium tribus Manasse, regionis Bathanęæ, sex milibus ab Adar vrbe Arabiæ separata est, quę nunc non extat: quia à babiloniis solo adæquata est.

ASOR.

Sor Vrbs munitissima regis Iabin. Iosue capite
A 11. Hanc solam incendit Iosue Dux Israel, quia metropolis erat omnium regnorum philistiim. Assyriorum Rex hanc populasse scribitur Diuus Hieronimus de locis Hebraicis, estque in tribu Neptalin. Altera est villa vsque hodie Asor in finibus Ascalonis contra orientem eius quæ cecidit in sortem tribus Iuda, cuius & scriptura meminit: appellans eam ad distinctionem veteris Asor, nouam.

COLLIS ACHILE.

ollis achile in hoc colle, qui est ex aduerso so
C litudinis contra meridiem, se abscondit Dauid fugiens Saul Regem Israel 1 Regum capite 26.

BETHLEEN.

B Ethleen quæ & effrata, ciuitas Dauid in sorte tribus Iudæ. In qua Dominus noster Iesus christus, atque saluator, in femore cuius scriptum est Rex regum, & Dominus dominantium, nasci voluit in præsepio, ex intacta semperque benedicta virgine Maria. Matthęi 2. capite. Illud præsepe (vt ait, Diuus Hieronimus ad Marcellam, vt commigret Bethleen, in quo Dominus noster Infantulus vagiit, silentio magis, quam infimo sermone honorandum est. Considerate o Christiani. Considerate o principes capita populorum. Vbi sunt latę porticus? Vbi aurata laquearia? Vbi domus miserorum pęnis, & damnatorum labore vestitę? Vbi instar palatii opibus priuatorum extructæ Basilicæ, vt vile hominis corpusculum preciosius inambulet, & quasi mundo quicquam possit esse ornatius, tecta magis sua velint aspicere quam cælum ecce in hoc paruo terræ foramine, cælorum conditor natus est: hic inuolutus pannis: hic visus à pastoribus: hic demonstratus à stella, hic adoratus à magis, quem impiissimus Rex herodes perdere voluit cum occidit omnes pueros qui erant in Bethleen, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra secundum tempus quod exquisierat à magis. Matthęi 2. capite. In hac ciuitate ostenditur sepulchrum Iesse, & Dauid quondam Regis Israel. Iuxta hanc etiam tumulus arcelai, Iudęæ quōdam Regis demonstratur, qui semitę ad cellulam Diui Hieronymi

ronymi è via publica diuertentis principium est- In Bethleem sepultus est Abessan Dux Israel, qui 30. filios, & totidem filias habuit: Iudicauitque populum Israel 7. annis Iudicum 12, capite. Hæc vrbs cum à Christianis colebatur insignita erat episcopali sede. Altera est vrbs eiusdem nominis in Galilęa. Diuus Hieronymus in Matthęum căpite 2. Tomo 9.

BETHEL

B Ethel siue Betauen, Diuus Hieronimus in Oseę prophetam capite 10. Tomo 6: quæ prius Luza, idest amygdalum vocabatur. Cum Iacob in Mesopotamiam Syrię proficisceretur, & venisset in hunc locum: velletque in eo requiescere post Solis occubitum: tulit de lapidibus, qui Iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco: viditque in somniis scalam stantem super terram: & cacumen eius tangens cœlum angelos quoque dei ascendentes, & descendentes per eam & Dominum Innixum scalæ: cunque euigilasset Iacob de sumno ait vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, non est hic aliud nisi domus dei, & porta cæli: appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius luza dicebatur. Genesis 28. cap. Cum autem Iacob rediret à Mesopotamia illic ædificauit altare: & appellauit nomen loci illius domus dei. Genesis 35 capite. Nunc ædificata est à Christianis ecclesia vbi dormiuit Iacob pergens Mesopotamiam. Hanc vrbem Iosue Dux Israel expugnauit Rege illius interfecto. Quidam putant hancvrbem secundum errorem

rorem grecorum voluminum valamaulas antiquitus nuncupatam,sed vehementer errant. Hic Hieroboam Rex Israel fecit duos vitulos aureos, vt adorarentur à decem tribubus Israel,quibus ipse præerat:eosq; posuit: vnum videlicet in Dan,& alterum in Bethel.3.Regum capite 12. Estq; hodie Bethel paruusvicus,diuus Hieronymus de locis Hebraicis.

BASAN.

B Asan regio est herbarum fertilissima.Diuus Hieronymus in Amos prophetam capite 4. Tomo 6. & in Esaiam prophetam capite 23. Tomo 5. Hanc olim possedit Og rex Basan: qui restiterat de stirpe Gygantum:monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabath filiorum ammon nouem cubitos habés longitudinis,& quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus. Quem filii Israel interfecerunt iuxta vrbem edray,& omnem exercitum eius. Vocatur autem & tota ista regio Basan terra gigantum. vide Deuteronomium capite 3.

BETHSAIDA.

B Ethsaida Que & iulias dicta est,ciuitas galileæ, Andreæ,Petri, & Philipi apostolorum. Ioannis capite 1.estque prope stagnum Genezareth. Bethsaida in lingua nostra interpretatur domus venatorum.diuus hieronimus in ezechielem prophetam 28 capite,Tomo 5.hanc dominus reprobat propter incredulitatem

dulitatem,& virtutes in ea factas dicens,væ tibi bethsaida. Matthęi 11 capite.vide hic diuum hieronimum Tomo 9.

BETHSAN.

Ethſan oppidum in tribu manaſſe, ex hoc tri-
B bus Manaſſe accolas priſtinos non potuit expel
lere,nunc appellatur Scythopolis,prius Nyſa dicebatur(vt inquit Plinius)vrbs eſt nobilis Paleſtinæ,quã interdum ſcriptura cognominat domum San, quod in noſtra lingua interpretatur inimicus. Hic incipit vallis illuſtris.quæ extenditur vſq; ad mare mortuum.In huius vrbis muro ſuſpenſa fuerunt cadauera t ſaul regis Iſrael,& triũ filiorum eius à philiſtęis.1 Regũ 31 capite

BOSOC.

Oſoc vna eſt de ciuitatibus fugitiuorum in tri
B bu Gad, modo longe à Torrente Iaboch. Deuteronomii capite 4.

BETHVLIA

Ethulia vrbs in tribu Neptalim.ex hac vrbe e-
B rat Iudith vxor Manaſſę:qui mortuus eſt in diebus Meſſis hordeaceæ:Inſtabat enim ſuper alligantes manipulos in campo,& venit eſtus ſuper caput eius,&mortuus eſt in Bethulia ciuitate ſua,illicque ſepultus eſt cum patribus ſuis Iudith 8 capite.erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus,& menſibus ſex eo tempore,quo Bethulia obſidebatur ab aſſyriis:quæ cum audiſſet quoniam Ozias, tranſacto 5 die promiſiſ-

promisisset tradere Bethuliam Assyriis: hæc nobilis Iudith prius inuocato nomine domini vnxit se myrto optimo, & discriminauit crinen capitis sui, & induit seve-stimentis iocunditatis suæ, induitq; sandalia pedibus suis: & assumpsit dextrariola, & lilia, & in aures, & annulos: & omnibus ornamentis suis induit se: cui etiam dominus contulit splendorem: sic induta exiuit de Bethulia: cui occurrerunt exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, duxeruntq; illam ad tabernaculum Holofernis principis militię Assyriorum: qui statim captus est in suis oculis. & cum esset clausa in cubiculo Holofernis dormientis: inuocato nomine domini, accessit ad columnã, quę erat ad caput lecti Holofernis, & pugionem eius qui in ea ligatus pendebat exoluit, cumq; euaginasset illum: apprehendit comam capitis Holofernis dormientis & ait. confirma me Domine Deus in hac hora: & percussit bis in ceruicem eius: & abscidit caput eius: abstulitque conopeum eius à columnis: & euoluit corpus eius truncum: & post pusillum exiuit: & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ: & iussit vt mitteret illud in peram suam, & exeuntes è castris Assyriorum venerunt in Bethuliam, & orto die suspenderunt ciues Bethuliæ caput Holofernis super muros vrbis. Iudith 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.

BALANVS

B Alanus Id est quercus fletus & luctus. Delbora nutrix Rebeccæ vxoris Ysaac sepulta est ad radices montis Bethel, supter quercum. & vsque

hodie vocatum est nomen loci illius quercus fletus. Genesis 35. capite.

BETHORON SVPERIOR.

Ethoron vrbs quondam nobilis, quam ædifica-
B uit Rex Salomon 2. Paralipomenon. 8. capite.
Nunc paruus est viculus. Diuus Hieronymus in Sophoniam prophetam capite 1. Tomo 6.

BETHEL.

Ethel Mons in tribu Effraim. In cuius vertice
B vrbs Bethel, siue Bethauen constructa est, ad quem cum Heliseus propheta veniens de Hyericho ascenderet, pueri parui egressi sunt de ciuitate Bethel, & illudebant ei dicentes. Ascende calue, ascende calue. Qui cum respexisset vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini. Egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis 40. duos pueros. 4. Regum. cap. 2.

BAHVRIM

Ahurim ex hac vrbe erat Semei, filius Gera, qui
B maledixit Dauid per opprobria, mittebatque lapides contra eum: & contra vniuersos seruos Dauid Regis, dicens. egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial, reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem Domus Saul, quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit Dominus Regnum in manu Absalon filii tui, & ecce premunt te mala tua: quoniam vir sanguinum es: Tunc Dauid Rex fugiebat a facie absalon filii sui, & erat iuxta Bahurim 2. Reg. 16. capite. nō procul ab hac vrbe est quidam lapis, qui vocatur Boen. Iosue. 15. cap.

Bethesda

BETHESDA

BEthesda Piscina est in Hierusalem, quæ vocabatur probatica, & a nobis interpretari potest pecualis. Hæc quinque quondam porticus habuit, ostendũturque gemini lacus. quorum vnus hybernis pluuiis adimpleri solet. Alter mirum in modum rubens quasi cruentis aquis, antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in eo lauari a sacerdotibus solitas ferunt. Vnde & nomen accepit. Angelus autem domini descendebat secundum tempus in hanc piscinam, & mouebatur aqua, & qui primus descendisset in piscinã, post motionem aquæ, sanabatur a quacunque infirmitate. Ioannis capite 5.

BETHORON INFERIOR.

SAlomon Rex extruxit Bethoron superiorem & Bethoron inferiorem, ciuitates muratas, habentes portas, & vectes, & feras. 2. Paralipomenon 8. cap. & 3. Regum cap. 9. Nunc Bethoron, & reliquæ vrbes nobiles a Salo. constructæ. paruuli viculi demonstrantur. Hiero. in Sophoniã prophetã cap. 1. Tomo 6.

BETHSAMIS

BEthsamis siue Bethsames, ciuitas sacerdotalis, quæ vsq; hodie demonstratur de Eleutheropoli pergẽtibus nicopolim, in 10. miliario cõtra oriẽtalem plagam. Cum arca Domini reducta fuit de terra Philistiim: plaustrum quo vehebatur arca Domini, venit in agrũ Iosue Bethsamitę, & stetit ibi. Erat aũt illic lapis magnus, super quẽ Leuitæ deposuerũt arcã Domini.

Viri autem Bethſamitæ obtulerunt holocauſta: & immolauerunt victimas in die illo domino. 1. Regum capite 6.

BALA.

B Ala quæ eſt Segor, ſiue Zoara. Hieronymus in Oſee prophetam 11. capite Tomo 6. Nunc vocatur Balezona, ſiue caſtrum palmarum, ſola de quinque Sodomorum ciuitatibus Loth precibus reſeruata. Hieronymus in Eſaiam prophetam decimo quinto capite. Tomo 5. Imminet autem Mari Mortuo & præſidium in ea poſitum fuit militum Romanorum habitatoribus propriis frequentatur: & apud eam gignitur balſamum: & poma palmarum antiquę vbertatis inditia. Segor Hebraicum nomen eſt, Zoara ſyriacum, & Bala interpretatur abſorpta. Iuxta hanc vrbem vxor Loth verſa eſt in ſtatuam ſalis, quia contra præceptum domini, poſt ſe reſpexerat. Geneſis 19. cap. quam Ioſephus aſſerit ſe vidiſſe: illicq; permanet vſque in preſentem diem. Ioſephus de antiquitatibus Iudæorum lib. 1. capite 19.

BERSABEE.

B Erſabee vrbs in tribu Symeonis: eſt vſque hodie grandis vicus in 29. à Chebron miliario vergens ad Auſtrum: in quo & Romanorum militum præſidium poſitum eſt: à quo loco termini Iudææ terræ incipientes, tendebantur vſque ad Dan, quæ iuxta Paneadem

neadẽ cernitur. Est aũt Bersabee locus ĩ quo Abrahã habitauit: & ex eo quòd cum Abimelech rege Geraræ, datis septem ouibus in fœdus mutuum iurauerunt: appellatus est puteus iuramenti, siue puteus septimi: propter numerum septem ouium. Genesis 21. cap. Diuus Hieronymus in Amos prophetam cap. 5. & 8. Tomo 6. in Bersabee Abraham plantauit nemus: & ibi inuocauit nomen dei æterni, fuitq; colonus terræ Palestinorum diebus multis. Genesis 21. cap.

BETHPHAGE.

B Ethphage, id est domus maxillarum, viculus erat sacerdotum, & cõfessionis portabat typum, situsque erat in monte Oliueti, vbi lumen scientiæ, vbi laborum, & dolorũ requies, misit dominus duos discipulos suos, id est scientiam, & operam, vt ingrederentur castellum. Dixitq; eis. Ite in castellum quod contra vos est, & inuenietis asinam alligatã, & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Matthęi 21. cap. & ibi diuus Hieron. Tomo 9. nunc est campus arabilis.

BETHANIA.

B Ethania vicus erat Lazari, quẽ dominus noster IESVS Christus à mortuis suscitauit. Ioã. 11. dominus noster relicta Hierosolima, iuit Bethaniam, quæ interpretatur domus obedientiæ. Iam tunc vocationem gentium præfigurans, ibiq; mansit, quia in Israel permanere non potuit. Hoc quoque intelligendum est, quòd tantæ fuerit paupertatis, ita nulli adulatus, vt in vrbe maxima Hierosolima nullum hospitem, nullam

nullam inuenerit mansionem: sed in agro paruulo apud Lazarum, sororesq; eius habitaret, eorum quippe vicus erat Bethania. Diuus Hieronymus in Matthæum cap. 21. Tomo. 9. Bethania, id est domus obedientiæ, in qua morabatur dominus passurus pro omni mundo, & vniuersas nationes suo preciosissimo sanguine redempturus. Diuus Hieronymus in Matthęum capite 26. Tomo 9. Dominus à Bethania reuertens in sanctam ciuitatem esuriit: & videns ficum arborem vnam, secus viam: ad eam venit: sed nihil inuenit in ea, præter folia: & ait. Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum: & continuo arefacta est ficulnea. Matthæi 21. cap.

CEILA.

C Eila vrbs in tribu Iuda, vbi quondam sedit Dauid, & nunc est villula ad orientalem plagam Eleutheropoleos pergentibus Hebron, quasi ab octauo miliario, in qua sepulchrum Habacuc prophetę demonstratur. Hanc vrbem Dauid liberauit occisis Philistæis. 1. Reg. cap. 23.

CHABVL.

C Habul vrbs Galilææ. Salomon rex dedit Hyram regi Tyri viginti oppida, in terra Galilææ, eo quòd Hyram rex Tyri dederat illi ligna cedrina, & abiegna & aurũ iuxta õe quod opus habuerat. Egressusque est Hyram de Tyro, vt videret oppida, quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei, & ait. Heccine sunt ciuitates, quas dedisti mihi frater? & appellauit terrã Chabul vsq; in præsentẽ diem hanc,

tertio

tertio Regum capite nono.

CAESAREA PHILIPPI.

Philippus frater Herodis tetrarcha Itureę, & Trachonitidis regionum, qui in honorem Tyberii Cæsaris Cæsaream Philippi, quæ nunc Paneas dicitur appellauit, & est in prouincia Phænicis, imitatus Herodem patrem, qui in honorem Cæsaris Augusti. appellauit Cæsaream, quæ prius turris Stratonis vocabatur. Illæ locus est Cæsareæ Philippi, vbi Iordanis oritur ad radices montis Libani, & habet duos fontes, vnum nomine Ior, & alterum Dan, qui simul mixti Iordanis nomen efficiunt. Diuus Hieronymus in Matthæum capite 16. Tomo 9. Hæc vrbs Cæsarea Philippi, quæ Paneas dicitur, & Belina, olim vocata est Lays, & Lesen, quam sexcenti viri ex cognatione Dan accipientes vocauerunt Dan, siue Lesem Dan, illicque posuerunt idolum Michæ, in diebus illis non erat rex in Israel. Iudicum 18. capite, & Iosue 19. Duæ sunt Cæsareæ ciuitates in terra promissionis. Vna Cæsarea Palestinæ, in littore magni maris sita est. Altera est Cæsarea Philippi ad radices Libani, de qua nunc agitur.
Sed & tertia Cęsarea, Cappadocię metropolis est, cuius Lucas Euāgelista, ita meminit, profectus ab Epheso, & descendens Cæsaream, ascendit, & salutauit ecclesiam.

Antiochus

Anthiocus volens Iudęam recuperare: & Syrię vrbes plurimas, Scopam Ducem Ptolemęi, iuxta fontes Iordanis: vbi nunc paneas condita est, inito certamine fugauit, & cum 10 milibus armatorum obsedit clausum in Sidone. ob quem liberandum misit Ptolemęus duces inclitos Eropum, & Menocleam, & Damoxenum, sed obsidionem soluere non potuit, donec fame superatus Scopas, manus dedit, & nudus cum sociis dimissus est Hieronymus in Danielem prophetam capite 11. Tomo 5. Hæc vrbs decorata erat Episcopali sede, cum à Christianis habitabatur.

CEDAR.

Cedar vrbs & regio Agarenorum, siue Saracenorum, qui in scriptura vocantur Hismaelitę. Hieronymus in Esaiam prophetam capite 60. Tomo 5. fuit & quondam inhabitabilis. Hieronymus in Esaiam capite 42. Tomo 5. A filio Hismaelis Cedar ita cognominata Diuus Hieronymus in Hieremiam prophetam capite 2. Tomo 5. Hanc regionem & etiam regna Asor, percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis, inde est quod dicit Esaias propheta, & auferetur omnis gloria Cedar. Agareni, siue Hismaelitæ, quos Saracenos vocamus, habitant in hac regione in tentoriis, quibus armenta sunt, & pecora camelorumque greges, qui non habent ostia, nec vectes, non enim versantur in vrbibus, sed in solitudine habitant, & hi à Babyloniis deleti sunt, eo quod Asor ciuitatem, quæ Metropolis gentis illius in Eremo fuit vsque ad solum subuerterint.

Diuus

Diuus Hieronymus in Esaiam prophetam cap. 21. Tomo 5.

CHOROZAIM.

C Horozaim oppidum Galilææ, quod Christus propter incredulitatem miserabiliter deplorat, & plãgit: quia post factas virtutes, & signa quã plurima, habitatores Chorozaim, non egerint pœnitentiam. Matthæi 11. capite, & ibi Diuus Hieronymus. Est autem nunc desertũ, in secundo lapide à Capharnaum.

CAPHARNAVM.

C Apharnaum oppidum vsque hodie in Galilæa gentium situm, iuxta stagnum Genesareth. De quo ait dominus. Et tu Capharnaum nunquid vsque in cœlum exaltaberis? vsque in infernum descendes. Quia si in Sodomis factę fuissent virtutes, quæ factę sunt in te, forte mansissent vsque in hunc diem. Matth. 11. cap. In hac ciuitate dominus sanauit puerum Centurionis. Matthæi 8. cap.

TERRA CHANAAN.

N Oe tres filios habuit: scilicet Sem, Cham, & Iaphet. Cham habuit Chanaam: qui maledictus fuit à Noe dicente: Maledictus puer Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis. Genesis 9. cap. Chanaam autem genuit Sidonem primogenitũ suum, ęthęum, & Iebuseum, & Amorreum, & AEueum, & Arachæum, Asineum, & Aradium, Samarthem, & Amathæum: & per hos disseminati sunt populi Chananæorum, factiq; sunt termini Chanaam Venientibus à Sido-

ne Geraram, vsq; ad Gazã, donec ĩgrediaris Sodomam, & Gomorram, & Adamam, & Seboim, vsq; Iesa. Gen. 10. cap. Hanc terram Chanaan Iudęi eiectis Chananeis possederunt. Erat illa regio quam dominus deus promi serat populo suo: postea autem dicta est à quibusdam Pa lestina: nunc vero dicitur terra sancta.

CANA GALILAEAE.

C Ana Galilææ oppidum vsque hodie in Galilæa gentium situm: vnde & Nathanael verus Israelita saluatoris testimonio comprobatur. Ioã. ca. 1. In cana Galilęę nuptię factę sunt: & ibi erat mater Iesu. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias: & deficiente vino, dixit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier? nondũvenit hora mea. Postea dixit Iesus ministris. Implete has hydrias aqua: quæ sex erant: & cum imple uissent dixit eis. Haurite nunc, & ferte Architriclino. Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, di xit spõso. Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsq; adhuc? Et hoc fuit ini tium signorum Iesu, in cana Galilęę. Ioan. cap. 2.

CARMELVS.

C Armelus mons est in cõfinio Palestinę, atq; Phę nicis, Ptolemaidi imminens: estq; mons Galilęę nemoribus consitus, quõdam lętis pascuis abundans. Diuus Hiero. in Amos prophetam, cap. 1. To. 6. & cap. 10. & 29. in Esaiam prophetam. In hoc mõte quondam

dã fuit habitatio Helyę prophetę: qui pilosus fuisse scribitur. Diuus Hiero. in Ezechielem prophetam cap. 35. Tomo 5. & vsque hodie ostenditur spelunca Helyæ, in mõte Carmelo, vbi & ordo Carmelitarum sumpsit exordium. Illicq; plures fuere deuotę ecclesiæ, & heremitoria. In vertice montis huius, Helyas propheta, flexis genibus pluuias impetrauit. 3. Reg. cap. 18. circa finem. Duo sunt montes eiusdem nominis, in terra promissionis. Alter in quo habitauit Nabal carmelus, maritus Abigail, ad australã plagã. Diuus Hiero. in Amos prophetã cap. 1. & 9. Tomo 6. In hoc mõte de quo agitur occisus est Cayn à Lamech, iuxta urbem, quę vocatur Caymot, nomẽ accipiens ab ipso Cayn. Gen. 4. cap.

CESIEN.

C Esien vrbs maritima in tribu Ysachar, Iosue 19. cap. quæ & Cision appellatur, ciuitas separata leuitis. Diuus Hieronymus de locis Hebraicis.

CAESAREA PALESTINAE.

C AEsarea Palestinæ quondam vocabatur Pyrgos, id est turris Stratonis: sed ab Herode rege Iudęæ, nobilius & pulchrius: & contra vim maris multo vtilius instructa: in honorem Cæsaris Augusti, Cæsarea cognominata est: cui etiam templum in ea marmore albo construxit: in qua nepos eius Herodes ab angelo percussus, Actuum duodecimo: Cornelius Centurio baptizatus, Actuum decimo.

In hac ciuitate mansit Paulus apostolus, apud Philippum: huic autem erant quatuor virgines prophetantes. Et cum moraretur Paulus, per dies aliquot: superuenit quidam vir à Iudæa, propheta nomine Agabus. Is cum venisset ad Paulum, tulit zonam Pauli apostoli, & alligans sibi pedes, & manus dixit. Hæc dicit spiritus sanctus, virũ cuius est zona hęc: sic alligabunt Iudęi in Hierusalem, & tradent in manus gentium. Actuum 21. ca-In hac ciuitate fœlix præses iussit custodiri Paulum in prætorio Herodis, quem illi miserat Lysias, per milites suos, ne à Iudæis occideretur, Actuum 23. Hæc vrbs ornata erat sede archiepiscopali, cum à Christianis possidebatur.

CARITH.

Carith Torrens est contra Iordanem, non longe à Galgalis. Tempore Achab regis Israel, factum est verbum domini ad Heliam prophetam dicens, recede hinc, & vade contra orientem, & abscondere in Torrente Carith, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, coruisq; præcepi vt pascant te ibi. Abiit ergo, & fecit iuxta verbum domini, cumq; abisset, sedit in Torrente Carith. Corui quoque deferebant ei panem, & carnes mane: similiter panẽ, & carnes vesperi, & bibebat de Torrente. Post dies autem aliquantos siccatus est Torrens, nõ enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo domini ad eum, dicens. Surge et vade in Sarepta Sidoniorum, et manebis ibi. Præcepi ibi mulieri viduæ vt pascat te. Surrexit et abiit in Sarepta

pta Sidoniorum.3.Regum capite 17.

CEDRON

C Edron Torrens, & etiam vallis iuxta Hierusalem plagam est, cuius & Ioannes euágelista meminit capite 18. Vocatur etiam chimartus, id est Torrens Cedron. Cedron torrens separat sanctam ciuitatem Hierusalem, a monte olíueti, ac valle Iosaphat. In hoc torrente dominus noster Iesus Christus bibit, cum a Iudęis ad Annam duceretur, iuxta prophetiam Dauid prophetæ dicentis, de Torrente in via bibit. Supra finem torrentis, & versus montem Oliueti, ostenditur vsque in præsentem diem sepulchrum Zachariæ prophetæ filii Barrachiæ, quem occiderunt Iudęi, inter templum & altare.

CARIATHIARIM.

C Ariathiarim quę & Cariathbaal ciuitas saltuum, vna dę quatuor vrbibus Gabaonitarum, pertinens ad tribum Iuda. Ex hac fuit Vrias propheta, quem interfecit Ioachim in Hierusalem. Ibi fuit arca domini per spacium viginti annorum. 1. Regum capite 7. Cariathiarim in lingua nostra vertitur villa siluarú. Hieronymus in Amos prophetam, capite 2. Tomo 6.

CATHO.

C Atho, siue Manathot, aut Manath, vrbs in tribu Manassæ. In hanc vrbé translati sunt filii Ahod principes cognationum habitátium in Gabaad, 1. Paralipomenon, 8. capite.

CADESBARNE.

Cadesbarne

Adesbarne vrbs in deserto Arabiæ, ibi occubuit C maria soror Moysy: & vsq; in presentem diem ostenditur eius sepulchrum. Illicq; Moyses seruus Domini, rupe percussa aquam sitienti populo dedit. numeri 20. capite. Ibi principes Amalech cęsi sunt a Chodorlaomor Rege Elamitarũ. Diuus Hiero. de locis Hebraicis.

DESERTVM CADESBARNE

Esertum Cadesbarne in hoc deserto steterunt filii D Israel multo tempore, scilicet 30 & 8. annis. Deutero. 2. cap. extenditur vsq; ad Torrentem Careth. ex hoc deserto missi fuerunt exploratores, & murmurante populo, iussi sunt filii Israel redire per viã maris rubri in desertum, & post 30. annos, redierunt in hoc desertum. Vnde mouentes castra, eunteq; contra orientem, iussi sunt circuire montem Seir, & terrã Ammon, & tandem capta terra Seon Regis Escbon, & Og Regis Basan, venerunt ad Iordanis campestria contra Hiericho.

CARMELVS.

Armelus mons in tribu Iuda, versus Austrum, in C quo olim Nabal carmelus habitauit, quẽ Dauid occidisset nisi Abigail vxor eius placasset iram Dauid .1. Reg. cap. 25. Nũc villa est noĩe Carmelia, 10. lapide, oppidi Chebron vrgens ad orientalem plagam: vbi & Romanorum olim præsidiũ positũ fuit.

DESERTVM DOMINI.

Esertum Domini in hoc monte deserto, Domi- D nus noster Iesus Christus ieiunauit 40. diebus, & 40. noctibus, postea esuriit. & accedens tentator dixit ei. Si filius dei es: dicyt lapides isti panes fiant. Qui respon-

respõdens dixit:scriptũ est,nõ in solo pane viuit homo, sed in omniverbo quod procedit de ore dei.Mat.4.cap. eratq; mons iste bestiis plenus.Mar.cap.1.& Lucæ.4.Et ratione ieiunii Domini, dicitur mons iste vsq; in præsentem diem,mons ieiunii,illicq; ostenditur spelunca, in qua dominus noster quiescebat. In vertice illius a Christianis ædificata fuit ecclesia, cuius nunc ruinæ ostendũtur.

DAMASCVS.

Damascus,quæ &arã nobilis vrbs Phœnices,quondam ciuitas fuit regalis,in omniq; Syria principatũ tenuit,de cuius principatu ita(ait)prophęta,caput Syriæ Damascus,necdum florebãt Antiochia, & Laodicia,& apamia vrbes Syriæ,quas post Alex. & & Macedo.imperium auctas esse cognouimus. Diuus Hiero.in Esaiam prophetam cap.17.Nunc est Saraceno rum metropolis,famosam in ea sibi,sueq; genti Basilicã olim dedicauit Rex eorũ Nauuias.Damasci,& Traconithidis conditor fuit chore filius Esau.Diuus Hiero.in lamentaciõesHiere.prophetę cap.4.Tomo.5.hirrigatur &Damascus duobus fluuiis,scilicet Abana,& Farfare. Secundum veram hębręorum traditionem illic est campus,in quo Abel a Cayn interfectus est,cui a deo optimo,maximo,dictum est maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum,et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.Gene.4.capite.Abundat et Damascus vino pinguissimo lanisque pręcipuis,et splendentibus,colorisq; optimi.Diuus Hiero.in Ezechielem cap.27. Tomo 5.Nobilis etiam est serico, aromatibus preciosisque lapidibus,

lapidibus,et præcipue rosis fragrantibus, ex quibus aquæ efficiuntur incredibilis odoris, quæ ob earum excellentiam apud nostrates vocatur aquę Damascenę. In damasco Azahelvnctus fuit in Regem Syriæ ab Helia propheta domini, ex illius præcepto. 3 Regum capite 19. Tempore autem Acham Regis Iuda Theglatphalasar Rex Assyriorum: ascendit in Damascum: & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenem, & Rasin eorum Regem interfecit. 4. Regum capite 16. Diuus Hieronymus Tomo 5. capite 17, incipiéte onus Damasci in Esaiam prophetam. Cyrene vrbs Lybię cuius Regio Pentapolitana vocatur: eo quod quinque vrbibus maxime fulgeat, scilicet Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipsaque Cyrene.

DOTHAIM

DOthaim vrbs in tribu Neptalim. Iuxta quam Ioseph inuenit fratres suos pascentes Greges: qui cum peruenisset ad eos: nudauerunt eum tunica talari, & polymita: miseruntque eum in cisternam veterem: quæ non habebat aquam & sedentes vt comederent panem. Viderunt Hismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portátes aromata, Resinam, & stacten in Egiptum: & prętereuntibus Madianitis negotiatoribus: extrahentes eum de cisterna vendiderunt eum Hismaelitis 20. argenteis, qui duxerunt eum in Egiptum Genesis 37. cap. eo tempore quo Helisæus propheta, erat in Dothaim, Rex Syriæ misit illuc equos, & currus, & robur sui exercitus vt apprehenderet He-

ret He-

ret Helisæum: qui cum venissent nocte circundederunt ciuitatem. Consurgens autem diluculo minister viri dei, egressus est, viditque exercitum in circuitu ciuitatis, & equos, & currus, nunciauitque Helisęo dicens. Domine mi quid faciemus? At ille respondit. Noli timere, plures enim nobiscum sunt quam cum illis. Porro Helisęus orauit ad Dominum, dicens: percute obsecro gentē hanc cęcitate. percussitq; eos Dominus ne viderent iuxta verbum Helisei. 4. Reg. cap. 6.

DABIR.

D Abir Siue Dabira, cuius meminit liber Iosue. Iosue 13. cap. fuitque ciuitas in Tribu Gad. hanc cepit Iosue Dux Israel, regemque eius, atque omnia per circuitū oppida percussit in ore gladii. Iosue 10. cap.

DYBON.

D Ybon villa pergrandis in Tribu Gad, iuxta Torrentem Arnon: quæ cum prius fuisset filiorum Moab, & post eam Seon Rex Amorręorum belli iure tenuisset: a filiis Israel capta, atque possessa in partem venit Tribus Gad. Dicitur & Dimon: siue Dybon. Regio eius fertilis est, propter irriguos agros: & fontes iugiter emanantes. Diuus Hieronymus in Esaiam prophetam cap. 16. Tomo 5.

DOCH

D Och Simon Machabęus perambulans ciuitates: quæ erant in regione Iudęę: & sollicitudinem gerens earum descēdit in Hiericho, ipse & Matathias filius eius, & Iudas anno 100. 77. mense 11. hic est mensis Sabath, & suscepit eos Ptolemeus filius Abobi in munitiunculam: quæ vocabatur Doch, cum

F 1 dolo,

dolo,quam ædificauit,& fecit eis conuiuium magnum: & abscondit illic viros,& cum inebriatus esset Symon & filii eius,surrexit Ptolemeus cum suis,& sumpserunt arma sua,& intrauerunt in conuiuium,& occiderunt eum,&duos filios eius,et quosdam pueros eius.1.Machabeorum 16.cap:

DOMIN.

D Omin vrbs iuxta quam dimicauit Saul rex Israel in valle Terebinthi, contra Philisteos 1.Regum .17.capite.

DOMVS MALI CONSILII.

D Omus mali consilii vsque in presentem dicm vocatur castrum mali consilii,non longe a Hierosolimis in monte situm est.olim domus erat,siue castrũ Cayphæ.In qua congregati sunt principes sacerdotũ,et seniores populi,et cõsiliũ fecerunt,vt Iesum Dominum nostrum dolo tenerent,et occiderent. Mat. 26.capite.Diuus Hieronymus in dicto capite,Tomo.9.

DABIR.

D Abir Siue cariathsepher,ciuitas literarum in tribu Iuda hanc prçoccupauit Othoniel frater caleb,interfectis in ea filiis enachim. fuit autem et ipsa sacerdotibus separata.

EPHRAEM.

E Phræm ciuitas in tribu Gad,iuxta desertum: In qua Dominns noster Iesus Christus latuit cum discipulis suis,quia videntes Pharisęi Lazarum a Domino à mortuis suscitatum, tunc cogitauerunt vt

eum

eum interficerent. Ioan. 11. cap. dicitur etiam Ephron, siue Ephraim Diuus Hieronymus de locis Hebraicis.

ENDOR.

Endor vrbs in monte Hermonio, non procul ab vrbe Naim in hanc vrbem Saul rex Israel mutato habitu. vestitusque aliis vestimentis, & duo viri cum eo, venerunt ad mulierem Phythonissam nocte. & ait illi Saul diuina mihi in Phythone, & suscita mihi quem dixero tibi, quæ suscitauit illi Samuelē prophetam, quem cum vidisset Saul rex Israel inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit. & ait illi Samuel. Quid interrogas me, cum dominus recesserit a te, & transierit ad emulum tuum? faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid, quia nō obedisti voci domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalech. 1. Reg. cap. 28.

ESDRELON

Nota quod vallis quæ est ab vtraq; parte Iordanis iuxta aquas Meron: Vocatur Esdrelon, vbi a Iosue pugnatum est contra Iabin regem Asor. Est etiam Esdrelon campus magnus in Tribu Ysachar, qui & Maceda, siue planities Galileę dicitur, habens in longitudine 20. miliaria, & in latitudine 12.

ESEBON.

Esebon ciuitas Seon regis Amorręorum. numeri 21. cap. Diuus Hieronymus in Esaiam prophetā cap. 15. Tomo. 5. est in terra Galaad, quæ cum fuisset āte Moabitarū, ab Amorręis belli iure possessa est.

Porro nuncvocatur Esbus vrbs insignis Arabię in montibus, qui sunt contra Hiericho, 13. a Iordane milibus distans, fuit autem in Tribu Ruben separata leuitis.

ELEALE.

E Leale ciuitas Amorręorum in Galaad: & vsque hodie villa grandis ostenditur, cuius meminit Esaias propheta capite 15. dicens, & clamauit Esebon, & Eleale, vsque ad Iasa audita est vox eorum. Eleale secundum Diuum Hieronymum in dicto capite, interpretatur ascensio.

ECCLESIA SANCTI IOANNIS BAPTISTAE.

H AEc ecclesia est iuxta Iordanem fluuium, non procul a transitu filiorum Israel per alueum Iordanis. Vbi Ioannes baptizabat: ad quem dominus noster Iesus Christus a Galilęa venit in Iordanem vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit, sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit spiritum dei descendentem sicut columbam, & venientem super se, & ecce vox de cælo dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Matthęi 3. cap.

ELEVTHERVS.

E Leutherus fluuius est Phęnicis regionis cuius meminit 1. liber Machabęorum, capite 11. nunc a multis vocatur Valania.

Alter

Alter est eiusdem nominis fluuius Eleutherus: ortũ suum habens à Libano monte: qui post multos circuitus, sese immergit, inter sinum Issicum, & mare Syriacum.

EPHRA.

EPhra ciuitas Gedeorum in tribu Manassę, Iudicum 6.& 8. cap. Ad quam venit angelus domini:& sedit sub quercu:quę erat in Ephra: & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri: cumque Gedeon filius eius excuteret, atque purgaret frumenta: apparuit ei angelus domini, & ait. Dominus tecum virorum for tissime. dixitque ei Gedeon. Si dominus nobiscum est: cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? vbi sunt mirabilia eius:quæ narrauerunt patres nostri? atque dixerunt: de AEgypto eduxit nos dominus. nunc autem dereliquit nos dominus, & tradidit in manu Madiam. Dixit ei angelus. Vade in hac fortitudine tua: & liberabis Israel de manu Madiam. Iudicum cap.6. In hac ciuitate Gedeõ: qui cognominabatur Hierobaal, eo quòd aram Baal destruxisset sepultus est, in sepulchro Ioas patris sui, habuitque sexptuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius, eo quòd plures haberet vxores, cõcubina autem illius quam habebat in sichen, genuit ei filium nomine abimelech, qui post mortem Gedeonis patris sui, venit in Ephra, & occidit fratres suos filios Hierobaal septuaginta viros, super vnum lapidem. Iudicum 8. & 9. cap.

EMAVS.

Emaus

E Maus insignis ciuitas Palestinę, nunc dicitur Nicopolis. Diuus Hier. in Ezechielem prophetam cap. 48. Tomo 5. & in Danielem 8. cap. Tomo 5. & in Abdiam prophetam cap. 1. Tomo 6. Ex hac fuit Cleophas, cuius meminit Lucas euangelista. Hic dominus post resurrectionem suam, apparuit duobus discipulis, & eum in fractione panis cognouerunt. Lucæ 24. ca. Altera est vrbs, quę dicitur Nicopolis, quam condidit apud actium Octauius Augustus, ob victoriam, quam habuerat de Marco Antonio, & Cleopatra, ludosq; illic quinquennales constituit, & ampliato veteri Apollinis templo, locum castrorum (quibus fuerat vsus exornatum naualibus spoliis) Neptuno, ac Marti consecrauit. Diuus Hiero. in epistolas Pauli apostoli ad Titum, cap. 3. Tomo 9. & Suetonius tranquillus de Octauio augusto. Illic Paulus apostolus statuerat hyemare. Paulus apostolus ad Titum, cap. 3.

ENGALLIM.

E Ngallim vrbs in principio maris Mortui. Ibi Iordanis fluuius ingreditur mare Mortuum. Huius vrbis meminit Ezechias propheta, cap. 47. dicens. Et stabunt piscatores ab Engaddi vsque ad Engallim, siccatio sagenarum erit. Engallim secundũ Diuum Hiero. in dicto cap. Tomo 5. interpretatur fons, vel oculus vitulorum.

ENGADDI.

E Ngaddi vrbs vsq; hodie prægrandis, iuxta mare Mortuum in monte sita, vnde & opobalsamum venit, quas vineas Engaddi, Salomon nuncupat. Cantico.

Canticorum cap.1. Has Cleopatra regina Aegypti, transtulit in ciuitatem, quæ Memphis dicitur. Nascebatur in vineis Engaddi, optimum Balsamum. Diuus Hiero. in Ezechielem prophetam, cap. 27. To. 5. In desertum Engaddi fugit Dauid, qué persequebatur Saul rex Israel, erat ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem. Porro Dauid, & viri eius, in interiori parte speluncæ latebant, & dixerunt serui Dauid ad eum, Ecce dies de qua locutus est dominus ad te, ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit ĩ oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præscidit oram chlamydis Saul silenter, nec voluit mittere manum suam in Christum domini, 1. Regum 24. cap.

ELEVTHEROPOLIS.

E Leutheropolis vrbs est, in tribu Iuda, quæ prius Palestina vocabatur. Diuus Hieronymus in Esaiam prophetam cap. 21. Tomo 5.

EGLON.

E Glon quæ & Odollam, in tribu Iuda, cuius regem Dabir nomine interfecit Iosue dux Israel. Est autem nunc villa prægrandis in 20. ab eleutheropoli lapide contra orientem, estq; ibi spelunca, ad quam fugit Dauid. Quod cum audissent fratres eius, & omnis domus patris eius descenderunt ad eum illuc, & conuenerunt ad eum omnes, qui erant in augustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps, fueruntque cum eo quasi quadringenti viri, 1. Regum, cap. 22.

Edray

E Dray vrbs in tribu Manassæ:iuxta quam interfe
ctus est Og,rex Basan gygas,id est potens: omnisque illius cæsus exercitus à filiis Israel. Nunc autem vocatur Adara,insignis ciuitas Arabiæ,in 24.lapide ab Osdra. Diuus Hieronymus de locis Hebraicis. Sexaginta vrbes Og regis Basan: & omnem regionem Argob ceperunt filii Israel. Cunctæ vrbes erant munitę muris altissimis, portisq; & vectibus: solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gygantum. Mõstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis: & quatuor latitudinis,ad mẽsuram cubiti virilis manus.Deutero. 3. cap.

FONS IACOB.

F Ons Iacob est in tribu Effraim, iuxta prædium quod Iacob dedit Ioseph filio suo, quod emerat à filiis Emor patris Sichen centum nouellis ouibus.Iosueultimo cap.Cum saluator noster venit in ciuitatẽ Samariæ,quę dicebatur Sichen,iuxta prædiũ quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob, Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat supra fontem, Venit mulier de Samaria haurirę aquam, quam dominus verbo suo conuertit.Ioan. 4. cap.

FONS HELISEI PRORHETAE.

F Ons Helisæi prophetæ, non longe erat ab vrbe Hay. Dixerunt autem filii prophetarum ad Helisæum prophetam, ecce locus ĩ quo habitamus coram te,angustus est nobis,eamus vsque ad Iordanem

& tollant

& tollant singuli de silua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit ite, & abiit Helisæus cum eis, cumq; venissent ad Iordanem cædebant ligna. Accidit autem vt cum vnus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam, exclamauitq; ille, & ait. Heu heu domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam, dixit autem homo dei, vbi cecidit? at ille monstrauit ei locum, pręcidit ergo lignum, & misit illuc, natauitq; ferrum, & ait, tolle. Qui extendit manum, & tulit illud, 4. Regum, cap. 6.

FANVEL.

FAnuel locus est trans Torrẽtem Iaboch, in quo vir luctabatur cum Iacob vsque mane. Qui cum videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruũ femoris eius, & statim emarcuit, dixitq; ad eum, dimitte me, iam enim ascendit aurora, respõdit, non dimittam te nisi benedixeris mihi. Ait ergo. Quod est nomen tibi? Respondit Iacob. At illè. Nequaquam inquit Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel. Quoniam si contra deum fuisti fortis, quanto magis contra homines præualebis? & benedixit ei in eodem loco. Vocauitque Iacob nomen loci illius Fanuel, dicens. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ipse vero pede claudicadat. Quã ob causam non comedunt neruum filii Israel, quia emarcuit ĩ femore Iacob vsq; in præsentem diẽ, eo quod tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit, Genesis 32. cap. Gedeon qui Hierobaal dicebat..r, turrim Fanuel subuertit, occisis habitatoribus

 ciuitatis,

ciuitatis:eo quòd non dedissent exercitui suo panes, dũ persequeretur hostes suos Zebee, & Salmana principes Madiam. Iudicum ca. 8. Non lõge ab hac ciuitate Absalon pugnauit contra exercitum patris sui Dauid regis Israel:& suspensus in quercu occisus est à Ioab principe exercitus Dauid, tribus lanceis, 2. Regum, capite 17. & 18. Fanuel vrbem reædificauit Hieroboam rex Israel. 3. Regum, 12. cap.

GOMORRA.

G Omorra vna de quinque ciuitatibus Sodomorum, quæ diuina vltione subuersa est. Rex huius vrbis vocabatur Bersa. Genesis 14. capite. Nota quòd locus in quo crucifixus est dominus noster IESVS CHRISTVS, spiritualiter Gomorra, & AEgyptus vocatur. Alii vero vniuersum mundum, sub nomine AEgypti, & Gomorræ significare putant, vt enim Gomorra diuino igne deleta est. Ita & mundum iuditio dei cõcremandum. Diuus Hieronymus in Hieremiam prophetam, ca. 32. Tomo 5.

GALAAD.

G Alaad mons est, ad quem septimo die profectionis è charris Iacob profugus venit: quem Laban auunculus fugientem consecutus est. Mons iste vt in Genesi scriptum est nomen accepit Galaad: id est tumulus testis: siue aceruus testimonii, eo quòd ibi Iacob, Labanque iurauerunt in aceruum lapidibus congregatis. Genesis 31. capite. Est autem caput siue principium Libani montis excelsi: qui vniuersis cedris con

situs

situs est. Iuxta illud Dauidicum. Et commouebit dominus cedros libani. Et alibi. Vidi impium superaltatum, & eleuatum sicut cedros libani. Diuus Hieronymus in Hieremiam prophetam, capite 22. Tomo 5. Est autem mons Galaad, ad tergum Phænices, & Arabiæ, collibus libani copulatus: immo caput libani: secundum Hieremiam dicentem, Galaad tu mihi initium libani, extenditurque per desertum vsque ad eum locum, vbi trans Iordanem habitauit olim Seon rex Amorræorum, à quo monte & ciuitas in eo condita sortita est vocabulum: quam & cepit de Amorræorum manu Galaad filius Machir, filii Manasse.

GAVLON.

G Aulon ciuitas refugii, siue fugitiuorum, in regione Basan, siue Bathanæa. Plures erant fugitiuorum ciuitates, in terra promissionis. Iosue 20. capite, de quibus locutus est dominus ad filios Israel per manum Moysi: vt fugiat ad eas quicunque animam percusserit nescius: & possit euadere iram proximi: qui vltor est sanguinis: cum ad vnam harum confugerit ciuitatum, stabitque ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis illius ea, quæ se comprobent innocentem, sicque suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum, cumque vltor sanguinis fuerit eum persecutus, non tradent in manus eius, quia ignorans percussit proximum eius, nec ante biduum, triduumue, eius probatur inimicus.

 Et habita-

Et habitabit in ciuitate illa donecſtet ante iudicium cauſam reddens facti ſui, & moriatur ſacerdos magnus, qui fuerit in illo tēpore. Tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem, & domum ſuam de qua fugerat. Ioſue 20. cap. Num. 35. cap. & Deutero. 19. cap.

GERASA.

G Eraſa vrbs & regio. Geraſa, Galaad, & Arabia eadem regio. Diuus Hieronymus in Abdiam prophetam, capite 1. Tomo 6. Propter Geraſam vrbem, tota regio dicitur, regio Geraſenorum. Cum dominus noſter veniſſet in hanc regionem, occurrerunt ei duo habentes dęmonia, de monumentis exeuntes ſæui nimis. ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam, & clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi Ieſu fili dei? veniſti huc ante tempus torquere nos? Erat autem nō longe ab illis grex porcorum multorum paſcens, dęmones autem rogabant eum dicentes. Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum, & ait illis. Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce magno impetu abiit totus grex per preceps in mare, & mortui ſunt in aquis Matthæi 8. cap. Marci 5. & Lucæ 8. cap.

GADARA.

G Adara vrbs eſt trans Iordanem, cōtra Tyberiadem, ad orientalem plagam ſita in mōte, ad cuius radices, aquæ calidæ erumpunt balneis deſuper ædificatis. Diuus Hieronymus de locis Hebraicis.

MONS GAAS.

Gaas

G Aas mons, in tribu Effraim, in cuius septentrionali plaga sepultus est Iosue dux Israel, Iosue 24 cap. & vsque hodie iuxta vicum Thamnam, siue Thamnatsare, sepulchrum eius insigne monstratur.

GELBOE.

G Elboe mons est in tribu Ysachar. In hoc monte Gelboe, ceciderunt interfecti filii Israel à Philistæis, irrueruntque Philistæi in Saul regẽ Israel, & filios eius, & percusserunt Ionatham, & Abinadab, & Melchisue filios Saul, totumque pondus prelii versum est in Saul regem, & consecuti sunt eum viri sagittarii, & ab eis vehementer vulneratus est. Dixitque Saul ad armigerum suũ, euagina gladium tuum, et percute me, ne forte veniant incircuncisi isti, et interficiant me, illudentes mihi, et noluit armiger eius, fuerat enim nimio terrore perterritus. Arripuit itaque Saul gladium suum, & irruit super eum, & mortuus est. Die altera venerunt Philistiim, vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul regem Israel, & tres filios eius iacẽtes in monte Gelboe, & præciderunt caput Saul regis Israel, & expoliauerunt eum armis, & miserunt in terram Philistinorum per circuitum, vt annunciaretur in templis idolorum, & in populis. 1. Regum 31. cap. & 1. Paralipomenon, cap. 10. Dauid autem rex cum audisset Saul interfectum, & filios eius in monte Gelboe, maledixit Gelboe dicens: montes Gelboe, nec ros, nec pluuia, venient super vos, neq; sint agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo.

oleo: à sanguine interfectorum ab adipe fortium, 2. Regum, cap. 1.

GALILAEA.

Galilaea, tres sunt Galilaeae in terra promissionis, quarum vna Galilęa gentium vocatur, vicina Tyriorum finibus, vbi Salomon donauit Hyram regi Tyri viginti oppida, in sorte tribus Neptalim. Altera Galilaea dicitur circa Tyberiadem, & stagnum Genesareth. Tertia est iuxta sanctam ciuitatem Hierusalem, quae sic dicta est ab vrbe paruula Galilaea nomine, supra montem Olìueti sita versus occidentem, nunc solo adęquata est, in ea dominus noster apparuit Apostolis post resurrectionem suam, sicut dixerat, et praecedet vos in Galilaeā. Mat. 28. ca. et Mar. 16.

GALGALA.

Galgala quae et Galgal, et Golgol, locus est iuxta Hiericho, vbi filii Israel castrametati sunt post transitum Iordanis, illicq; posuerunt duodecim lapides, quos acceperant in alueo Iordanis, in testimonium transitus, ibi Iosue dux Israel secundo populum circuncidit, et pascha celebrauit, et deficiente manna triticeis panibus vsus est Israel. Iosue 4. et 5. capite. Illicq; tabernaculum testimonii fixum multo tempore fuit. Ostenditur vsque hodie locus desertus in secundo Hierichus miliario, ab hominibus regionis illius miro cultu habitus. Samuel propheta domini congregauit in galgalis vniuersum Israel, ibique coram domino fecerunt Saul regem, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram domino, & laetatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis. 1. Regum capite 11. Diuus Hieronymus in Osee

Osee prophetam, capite 9. Tomo 6. Antequam Saul esset rex Israel, non erat vir de filiis Israel melior illo. Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum, 1. Regum, nono capite. Agag rex Amalech pinguissimus in frusta concisus fuit in Galgalis coram domino, à Samuele propheta. Et dixit Agag. Siccine separat amara mors, & ait Samuel. Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. 1. Regum, 15. cap.

GEBAL ET GARIZIM.

G Ebal, mons in terra promissionis, vbi ad imperium Moysi altare constructum est. Sunt autem duo montes iuxta Hierichum vicini, contra se inuicem respicientes, quorum vnus Garisim, alter Gebal dicitur, Garisim mons est, super quem steterunt Symeon, Leui. Iudas, Ysachar, Ioseph, & Beniamin ad benedicendum domino. Et è regione steterunt ad maledicendum in monte Gebal, Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, & Neptalim. Et pronunciauerunt leuitæ dicentes ad omnes viros Israel excelsa voce. Maledictus homo, qui facit sculptile & conflatile abominationem domini, opus manuum artificum, ponitq; illud in abscōdito. Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem suam. Maledictus qui transfert terminos proximi sui. Maledictus qui errare facit cęcū in itinere. Maledictus qui peruertit iuditium aduenæ pupilli, & viduæ. Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, et reuelat operimentum lecti eius.

Maledictus qui dormit cum omni iumēto. Maledictus qui dormit cum sorore sua, filia patris sui, vel matris suę. Maledictus qui dormit cum socru sua. Maledictus qui clam percusserit proximū m suum. Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui. Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis domini: nec opere eos perficit, & dixit omnis populus Amen. Deutero.cap.27. & 28.

GILON.

GIlon, siue Gilo, vrbs in tribu Effraim: ex hac erat Achitophel consiliarius Dauid. 2. Regum cap. 15. qui derelinquens Dauid regem adhæsit Absalon filio Dauid: eo tempore quo Absalon persequebatur Dauid patrem: illiq; consilium vtile dederat, dicens: eligam mihi duodecim milia virorum, & consurgens persequar Dauid, hac nocte, & irruens super eum, quippe qui lassus est, & solutis manibus percutiam eum, & reducā vniuersum populum: quomodo vnus homo reuerti solet. Vnum enim virum tu quęris, & omnis populus erit in pace. Videns autem Achitophel, quòd non factum fuisset consilium eius vtile: strauit asinum suum: surrexitq; & abiit in domum suā, & in ciuitatem suam: & disposita domo sua, suspendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui. 2. Reg.ca.17.

GAZER.

GAzer vrbs in sorte tribu Effraim separata leuitis, quam & ipsam expugnauit Iosue, Hyram rege illius interfecto. Iosue 10.ca. In hac ciuitate Cha

nanęis

nanęus habitabat, Iudicum 1. cap. Hanc vrbem Pharao Rex Egypti cæpit, eamque igni succendit, & Chananęum, qui habitabat in ciuitate interfecit, deditq; eam in dotem filię suę vxori Salomonis, quam postea Salomon rex ædificauit. 3. Regum. 9. capite.

GABAA.

G Abaa vicus contra orientalem plagam, vnde fuit Saul Primus Rex Israel Diuus Hieronymus in Osee prophetā cap. 5. Tomo 6. Hæc ciuitas Gabaa vsque ad fundamenta diruta est. Hieronymus in Sophoniam prophetam capite 1. Tomo 6. In diebus Dauid regis facta est fames tribus annis iugiter. Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia inique occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis, dixit ad eos Dauid. Quid faciam vobis, & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hereditati Domini? Qui dixerunt regi Dauid Virum qui attriuit nos, & oppressit inique, ita delere debemus, vt nec vnus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. Dentur nobis 7. viri de filiis eius, vt crucifigamus eos Domino, in Gabaa Saul, quondam electi Domini. & ait Rex. Ego dabo. & dedit eos in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos. in monte coram Domino. 2, Regum capite 21. Gabaa secundum Diuum Hieronymum in Habacuc prophetam capite 3. Tomo 6. collis interpretatur.

GABAON.

G Abaon olim Metropolis ciuitas, & regalis ęuorum, ceciditque in sortem tribus Beniamin. Audientes Gabaonitę, cuncta quæ fecerat Iosue Hi-

erico,& Hay:callide venerunt ad Iosue Ducem Israel: qui tunc morabatur in castris Galgalæ: & dixerunt ei: atque simul omni Israel, de terra longinqua venimus, pacē vobiscum facere cupientes. Audiuimus enim famā potentiæ Dei vestri,& cuncta quæ fecit in Egipto,& duobus regibus Amorręorum qui fuerunt trans Iordané, Seon Regi Esebon,& Og regi Basan, qui erant in Astaroth:dixeruntque nobis Seniores:& omnes habitatores terræ nostræ, tollite in manibus vestris cibaria ob longissimam viam,& occurrite eis,& dicite. Serui vestri sumus,fædus inite nobiscum. Panes quādo egressi sumus, de domibus nostris vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus,nunc sicci facti sunt,& vetustate nimia comminuti. Vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt,& soluti,vestes & calciamenta quibus induimur,& quę habemus in pedibus,ob longitudinem longioris viæ, trita sunt,& pene cōsumpta. Susceperūt igitur de cibariis eorū & os Domini non interrogauerunt,fecitq; Iosue cū eis pacem,& inito fædere pollicitus estvt non occiderētur. Principes quoq; multitudinis iurauerunt eis. Post dies autem tres initi fæderis,audierunt quod invicino habitarent,& inter eos futuri essent, moueruntque castra filii Israel,& venerunt in ciuitates eorum die tertio,quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, Caphira, Beroth, & Cariathiarim,liberauitque eos Iosue de manu filiorum Israel,ne occiderentur,decreuitque in die illo,eos esse in ministerio cuncti populi,& altaris Domini cędentes ligna,& aquas comportantes vsque in presens tempus:

In loco

In loco quem Dominus elegisset. Iosue capite 9. In Gabaon Salomon rex venit, vt immolaret ibi, illud quippe erat excelsum maximum, mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon, illicque Dominus apparuit Salomoni per somnium nocte. 3. Regum capite. 3.

GETH.

G Eth siue Gath, Getha, & Githa. Postea dicta est Agrippia, nunc autem dicitur Hibelis, & est metropolis palestinæ. Diuus Hieronimus in Micheam prophetam capite 1. Tomo 6. dicitur etiam Diocæsaria. Hieronymus in Proæmium Ionæ praphetæ, Tomo 6. In hac ciuitate Gigantes, qui vocabantur Enachim, & Philistinorum accolæ permanserunt. Ex hac vrbe erat Goliath gigas, altitudinis 6. cubitorum, & palmi, quem occidit Dauid. 1. Regum capite. 17. Azahel Rex syriæ hanc Vrbem expugnauit: et eam cepit: timẽs autem ioas rex Iudæ: ne Azahel vltra procederet: dedit illi omnem pecuniam, quam inuenit in thesauris templi domini: et sic recessit. 4 Regum cap. 12.

GAZA

G Aza Ciuitas A Eueorũ: in qua habitauere cappadoces pristinis cultoribus interfectis: Apud veteres autem erat terminus Chananeorum iuxta ægiptum, ceciditque in sortem tribus Iudę: sed eam tenere non potuit: quia enachim id est gigantes fortissimi allophyllorum restiterunt.

H 2 Et est

Et estvsque hodie ciuitas insignis palestinæ. Hanc cepit Iudas successor Iosue Ducis Israel, cum finibus suis. Iudi cum capite 1. Sanson apprehendit ambas fores portę huius vrbis Gazæ, cum postibus suis, & seris. impositisque humeris suis, portauit ad verticem montis, qui respicit Hebron. Iudicum 16. capite. In hac vrbe Sanson captiuus tenebatur a Philistęis. Principes autem Philistęorũ, qui in vnum conuenerunt, vt immolarent hostias magnificas Dagon Deo suo, & epularentur dicentes. tradidit Dominus Deus noster inimicum nostrum Sanson in manus nostras, letantesque per conuiuia, sumptis iã epulis preceperuut, vt vocaretur Sanson, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos feceruntque eum stare inter duas columnas. At ille inuocato nomine Domini, apprehendit ambas columnas, quibus innitebatur Domus, concussisq; fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & cęteram multitudinem, quæ ibi erat, multoque plures interfecit moriens, quam anteviuus occiderat. Iudicum 16. capite. Gaza latine fortitudo, vel imperium dicitur. Diuus Hieronimus in amos prophetam capite 1. Tomo 6. Persarũ autem lingua, Gaza diuitiæ sunt. Diuus Hieronymus in Esaiam prophetam capite 39. Tomo 5. & in Ezechielem capite 40. Tomo. 5. Quæ & qualia sint peccata Gazæ. declarat amos propheta. capite 1. dicens, super tribus sceleribus Gazæ, & super quattuor non conuertam eos, Diuus Hieronymus in dicto capite, Tomo 6. Gazareni secundum Diuum Hieronymum auruspices dicũtur. Hie-

tur. Hieronymus in Esaiā prophetā cap.47. Tomo 5.

GOLGATHA.

Golgatha siue Golgotha, id est caluariæ locus. Olim extra vrbem Hierusalem, & foras portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorū, & Caluariæ, id est decollatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Dominus noster Iesus Christus. vt vbi prius erat Area damnatorum: ibi erigerentur vexilla martirii, & quomodo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus est, & crucifixus sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigeretur vt vbi abundauit peccatum. superabundaret gratia. Diuus Hieronymus in matheum capite 27, Tomo 9. in hoc loco habitasse dicitur, et mortuus esse Adam (vt plerisque visum est) vnde & locus in quo crucifixus est dominus noster: Caluaria appellabatur, scilicet quod ibi sit antiqui hominis Caluaria condita, vt secūdus Adam, & sanguis Christi de cruce distillans: primi Adam & Iacentis protoplasti peccata dilueret, & tunc sermo ille apostoli compleretur, excitare qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Diuus Hieronimus ad marcellā vt commigret Bethleem, Tomo 2. et in epistolā Pauli ad Ephesi. cap.5. Tomo 9. et in Mat. cap.27. Tomo 9. Caluariæ mons nunc est intra muros sanctę ciuitatis.

GETHSEMANI.

Gethsemani villa ad radices montis olиueti sita: et iuxta Torrentem Cedron: nunc ecclesia desuper ædificata est. In hanc villam Gethsemani venit Dominus

Dominus noster Iesus cum discipulis suis, & dixit illis. Sedete hic donec vadam illuc & orem, Gethsemani interpretatur vallis pinguissima, in qua iussit discipulos sedere paulisper, & expectare redeuntem, donec pro cunctis solus Dominus oraret, Matthęi capite. 26. & ibi Diuus Hieronymus Tomo 9. & in Hieremiam prophetā capite 31. Tomo 5. Prædium Gethsemani, vocatur hortus Oliueti, in quo Dominus noster captus fuit a Iudęis. & nunc est paruulis muris circundatus.

HERMON.

Hermon mōs est quē quōdam temuere AEuęi, & Amorręi: de quo nunc AEstiuę niues ob delitias Tyrum deferuntur. Sidonii vocant hunc montē Hermon, Sarion, & Amorręus Sanir. Deuteronomii capite 3. Diciturq; in vertice eius insigne templum, quod ab Ethnicis cultui habetur, e regione Paneadis, & Libani. Nota quod terra filiorum Israel trans Iordanem, ad solis ortum, a pręrupto Arnon vsq; ad hunc montem Hermon extenditur.

HIERICHO.

Hiericho vrbs, quam Iordane transgresso ceperūt filii Israel, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, a viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad senem, boues quoque & oues, & asinos in ore gladii percusserunt. Vrbem autem & omnia quæ inuenta sunt in ea succenderunt, absque auro, & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini consecrarunt. Raab vero meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel

rael vſque in preſentem diem,eo quod abſconderit nuncios,quos miſerat,vt explorarent Hiericho. Ioſue 6.capite. Aliam extruxit Ozam de Bethel ex tribu Effraim: quam Dominus noſter atque ſaluator,ſua pręſentia illuſtrare dignatus eſt. Sed & hæc eo tempore,quo Hieruſalem oppugnabatur a Romanis,propter perfidiam ciuium,capta atque deſtructa eſt. Pro qua & tertia ædificata eſt,quæ vſque hodie permanet, & oſtenduntur vtriuſque vrbis veſtigia vſque in pręſentem diem. Hiericho olim dicebatur vrbs palmarum.vt ſcriptum eſt 2. Paralipomenon capite 28. In hac vrbe Hiericho habitauit Heliſęus propheta, & quia illius aquæ peſſimæ erant: & terra ſterilis. Accepit vas nouũ. & miſit in illud ſal, & egreſſus ad fontem aquarum miſit in illum, ſal & ait. Hęc dicit Dominus, ſanaui has aquas, & non erit vltra in eis mors, neque ſterilitas. Sanatæ ſunt. ergo aquæ vſque in diem hanc iuxta verbum Heliſęi. 4. Regum capite. 2. Cum Chaldęi obſidebant ciuitatem Hieruſalem, Sedechias rex Iuda anno 11. regni ſui, fugit per viam, quæ ducit ad Campeſtria ſolitudinis, quẽ perſecutus eſt Chaldeorum exercitus, comprehenditque eum in planitie Hiericho, & omnes bellatores, qui erant cum eo diſperſi ſunt, & reliquerunt eum, apprehenſum ergo Regem: duxerunt eum ad Regem Babylonis in Reblatha, filios Sedechiæ regis coram eo occidit, & oculos eius effodit: vixitq; eũ cathenis, & adduxit eũ in Babylonę. 4. Reg. cap. 25. Dominus noſter egrediens ab vrbe Hiericho, illuminauit duos cæcos ſedentes ſecus viã. Mat. 20. cap.

Hay

HAY.

H Ay hancvrbem Hay,sic accepit Iosue Dux Israel:posuerat enim in insidiis 5.milia hominum, inter Betauen et Hay,ex occidentali parte eiusdem ciuitatis.Omnis vero reliquus exercitus,ad aquilonem aciem dirigebat.Abiit ergo Iosue nocte illa,et stetit in vallis medio.Quod cum vidisset Rex Hay festinauit mane,et egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitque aciem contra desertum ignorans,quod post tergum laterent insidiæ. cunque recessissent a ciuitate, et ne vnus quidem invrbe Hay remansisset,qui nō persequeretur Israel,sicut eruperant aperta oppida relinquentes.Tunc insidiæ quæ latebant surrexerunt confestim: et pergentes ad ciuitatem, ceperunt et succēderunt eam. Iosue aūt irruit in exercitum regis hay: quē deleuit:ipsum quoque regem viuum apprehendit:quē paulo post in patibulo suspendit, vsque ad vesperam, et solis occasum.pręcepitque iosue.et deposuerunt cadauer eius de cruce:proieceruntq; in ipso introitu ciuitatis hay congesto super eo magno aceruo lapidum: qui permanet vsque in presentem diem.Iosue capite 8. hęc autem vrbs hay destructa est· et vix paruę ruinę resident : locus tantum modo monstratur.

HERODIVM.

H Erodium Vrbs quam ędificauit herodes ascalonita:ille quem octauius augustus confirmauit in Regem Iudęę:et dicebatur ascalonita:eo quod in ascalon vrbe palestinę edificauit domum regiam:in hac

hac vrbe sepultus est ipse Herodes Ascalonita.

HIERVSALEM.

Ierusalem vrbs in tribu Beniamin: in qua regnauit Adonibezech, & post eum tenuere Iebusæi, è quibus sortita est vocabulum: quod multo post tempore Dauid exterminans, totius eam Iudææ prouinciæ Metropolim fabricatus est, eo quod ibi locum templi emerit, & impēsas structuræ Salomoni filio dereliquerit. Hanc esse Iosephus refert, quæ in Genesi scribitur Salem, sub rege Melchisedech: qui obuiauit Abrahæ redeunti à cæde regum: offerens illi panem, & vinum. Genesis 14. cap. Hierusalem tribus nominibus appellabatur Iebus. 1. Paralipome. 11. cap. Salem, & Hierusalem. Diuus Hieronymus in Zachariam prophetam cap. 9. Tomo 6. & Iudicum 19. cap. Dicta est etiam Hælia, ab Hælio Adriano Cæsare: quod eam à Tito destructa m: latiore situ instaurauerit: cuius opere factum est vt loca sancta, id est dominicę Passionis, & Resurrectiōis: sed & inuentionis sanctæ Crucis quondam extra vrbem iacentia, nunc eiusdem vrbis muro septentrionali circundentur. In hac vrbe Angelus gladium tenens: & totam impietatis deuastans vrbē, in Orne Iebusæorum regis, area templum domini designauit, iam tunc significans ecclesiam Christi, non in Israel, sed in gentibus consurgentem. Quantos hæc vrbs prophetas, quantos emiserit sanctos viros longum est recensere. Totum misterium nostrum istius prouinciæ, vrbisq; vernaculum est, in tribus nominibus trinitatis demonstrat fidem.

I 1 Iebus,

Iebus,Salem,& Hierusalem appellatur.Primum nomē Calcata,secundum pax,tertiumvisio pacis.Diuus Hier. ad Marcellam vt commigret Bethleem.Hierusalem dicitur sancta ciuitas propter templum, & sancta sanctorum,et ob distinctionē aliarum vrbium, in quibus idola celebrantur.Diuus Hiero.in Matthęum cap. 27. Tomo 9.Hierusalem,et Syon,vna et eadem est ciuitas,Syon enim arx est Hierusalem. Hiero. in zachariam prophetam,cap.9.Tomo 6. Vrbs Hierusalē in medio gentium sita est,vt propheta Ezechiel testatur, vmbilicum terræ eam esse demonstrans,et Psalmista Natiuitatem exprimens domini.Veritas(inquit)de terra orta est.Ac deinceps Passionem,operatus est (inquit) salutē in medio terræ.A p artibus enim orientis cingitur plaga,quæ appellatur Asia.A partibus occidentis,eius quę vocatur Europa.A meridie,&Austro,Lybia,& Aphrica.A septentrione,Scythis, Armenia, & cunctis ponti nationibus.Hiero.in Ezechielem cap.5.Tomo 5. Hebræi arbitrantur duas turres fuisse in Hierusalem,excelsas atque firmissimas. Quarum prior interpretatur tenebre, siue nubilū,quòd vsq; ad nubes erigeret caput. Altera probamētum & firmitas,siue(vt Symmachus ait) īquisitio: eo quòd in contēplando culmine eius, oculi fallerētur. Hier.in Esaiam prophetam cap.32.To.5. In quinto anno regni Roboam ascēdit Sesach rex ægypti in Hierusalē,& tulit thesauros domus domini, & thesauros regios:& vniuersa diripuit.3.Reg.14.ca.Hęcvrbs īclita cū a christianis habitabatur: patriarchali sede īsignita erat.

Vallis

VALLIS IOSAPHAT.

V Allis Iosaphat ad orientalẽ partẽ tẽpli sita est:in qua dominus noster iudicaturus est oẽs natiões, vt ait Iohel propheta cap.3.dicẽs. Cõsurgant,& ascendant oẽs gẽtes in vallẽ Iosaphat:quia ibi sedebo vt iudicem oẽs gentes in circuitu. Diuus Hiero.in dicto capite, To.6. In hac nobilivalle, est sepulchrum gloriosæ, semperque benedictę dei genitricis virginis Mariæ, ad quod descenditur per plures gradus lapideos.

IABES GALAAD.

I Abes Galaad vrbs in tribu Gad. Tẽpore Saul regis Israel,ascẽdit Naas ammonitarũ princeps,& pugnare cepit aduersum Iabes Galaad. Dixerũt que oẽsviri Iabes ad Naas,habe nos cõfederatos,& seruiemus tibi:&respõdit ad eos Naas Ammonites. Inhoc feriã vobiscũ fœdus, vt eruã oĩm vestrũ oculos dextros, ponãq; vos opprobriũ in vniuerso Israel. Quod cũ Saul rex Israel audisset hęc,per nũcios,insiluit spiritus domini in Saul,& iratus est furor eius nimis, & congregauit filiorum Israel 300.milia,virorum autẽ Iuda 30.milia,& ingressus est media castra,invigilia matutina,& percussit Ammonvsq; dum incalesceret dies. Reliqui autẽ dispersi sunt,ita vt non relinquerẽtur ex eis duo pariter.1. reg.11.ca. Iuxta Iabes galaad est quoddã nemus,ĩ quo habitatoresvrbisIabes,cũ audisẽt saul regẽ israel ĩterfectũ à Philistiim, corpusq; eius suspẽsũ ĩ murovrbis bethsan, surrexerũt oẽsviri fortissimi,et ambulauerũt tota nocte & tulerunt cadauer Saul regis, & cadauera filiorũ eius,

de muro Bethſan,& ſepelierunt in nemore Iabes,& ieiunauerunt ſeptem diebus, 1. Regum 31. Et poſt Dauid rex tranſtulit oſſa Saul,& filiorum eius,a viris Iabes Galaad,& aſportauit inde,& ſepulta fuerunt in terra Beniamin,in ſepulchro patris eius,2.Regum 21.cap.

IESRAEL.

I Eſrael, ciuitas metropolis decem tribuum Iſrael, in qua interfectus eſt Naboth, ob cuius ſanguinē ſuſcitatur à domino Iehu,qui deleuit domum Achab regis Iſrael,ipſamq; Ieſabel. Nunc hæc vrbs, eſt iuxta Maximianopolim,decorata campis latiſſimis, & valle nimiæ vaſtitatis,quæ pluſquàm decem miliū tenditur paſſibus. In hac commiſſo certamine ab Aſſyriis, cæſus eſt Iſrael,id eſt decem tribus, quæ ob Hieroboam de tribu Effraim,qui primus ſchiſma fecit in populo,appellatæ ſunt Effraim. Interdum propter Ioſeph,qui fuit pater Effraim vocatur Ioſeph, nonnunquam Samaria, Diuus Hieronymus in Oſee prophetam, cap. 2. Tomo 6. Anno 11. Iorā filii Achab regis Iſrael, regnauit Ochozias ſuper Iudam,venitq; Iehu in Ieſrael vrbem. Porro Ieſabel in introitu eius, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum,& reſpexit per feneſtram, ingredientem Iehu per portam,& ait,nunquid pax poteſt eſſe zambri,qui interfecit dominum ſuum?leuauitq; Iehu faciem ſuam ad feneſtrā,& ait. Quæ eſt iſta? & duo enuchi dixerunt. Hæc eſt illa Ieſabel. At ille dixit eis. Præcipitate eam deorſum,& præcipitauerunt eam. Aſperſuſque eſt ſanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt

uerunt eam:cumq; introgressus esset vt comederet, biberetq;,ait.Ite & videte maledictam illam: & sepelite illam,quia filia regis est. Cũq; issent vt sepelirent eam: non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus.Reuersique nunciauerunt ei.Et ait Iehu. Sermo domini est quem locutus est per seruum suum Hæliam tesbitem,dicens.In agro Iesrael comedẽt canes, carnes Iezabel.Et erant carnes Iezabel sicut stercus,super faciem terræ in agro Iesrael, ita vt prætereuntes dicant. Heccine est illa Iezabel.4.Regum,9. cap.

IVDAEA.

IVdæa, prouincia inter Syriam, & AEgyptum cõsistit:olim Palestina Syria dicta est. Diuiditur in Galilæam proximam Syriæ:quæ regio est frumenti,vini,& olearum fœcundissima. In Idumæam secundum littus maris AEgyptiaci:quæ Nabathęa,& terra Edom dicitur:regio etiam frugum fertilis.In Iudęam mediterraneam:cuius est Hierosolyma longe clarissima vrbium oriẽtis.In Samariam orientalem,cuius sunt Samaritani,quibus cum Iudęis parum conuenit.Mediã Palæstinam irrigat Iordanis fluuius, & in mare Mortuum sese immittit,siue Sodomorũ,siue lacum Asphaltitem,à quo postremo Ebibitus, aquas laudatas pestilentibus mixtas perdit.Aliquando tota terra duodecim tribuum Iudęa appellatur.Diuus Hiero.in Esaiam prophetam cap.1.Aliquando duæ tantum tribus,quę quõdã Iudavocabantur,ad distinctionẽ Galilęę,& Samarię, aliarumq; in terra promissionis regionũ. Et notandũ apud

Historicos

hiſtoricos quòd Iudęa ad Paleſtinā, Galilęa vero & Samaria ad Phęnicē pertineant. Iudęa terra promiſſionis, terra eſt fluens, lacte, & melle, quę eſt ęgregia inter oēs terras, Ezechielis prophetę 20. ca. eſt & fundamētum oīm terrarum, quia in ea dei religio ſit, et tēplum, et cerimonię et noticia dei. Inclitā vero eſſe terram Iudeæ, et cunctis terris fertiliorē nemo dubitare poterit, qui à Rhino corura torrēte, qui fluit in mare vſq; ad eum locum qui eſt contra Hemath vrbē Syrię. Hiero. in Ezechielē cap. 47. To. 5. vſq; ad Taurum montē, et Eufratē fluuiū, cunctam conſiderauerit terram, et vrbium potentiā, amenitatemq; regionum, Paleſtinam videlicet, et Phęnicem, arabiam, Syriam, Cęlen, Ciliciam, et cæteras regiones, quas Iſraeli, ſi dei pręcepta ſeruaſſet, dominus repromiſit, quas quia non accepit, vitium fuit incredulitatis eius Diuus Hiero. in Ezechielem prophetam cap. 20. To. 5. Cum Samaritani poſſederunt regionē decem tribuum Iſrael, in tantam redacta eſt terra promiſſionis ſolitudinem, vt à leonibus vaſtaretur. Hiero. in Eſaiam prophetam cap. 1. To. 5. Cnæus Pompeius dux Romani exercitus, primus Iudęam Romano ſubegit imperio, captaq; Hieroſolima, vſq; ad adyta templi ingreſſus eſt, quę vocabatur Sancta ſanctorū, victumq; ariſtobulum Romā miſit, ſeruans triumpho ſuo, et pontificatū hircano fratri eius tradidit. Tunc primum gens Iudęorum, Romanis facta eſt tributaria. Diuus Hiero. in Daniele prophetam cap. 9. et in Ezechielem cap. 47. Tomo. 5.

IVNIPERVS HELIAE PROPHETAE.

Hæc

H AEc iuniperus erat in deserto, distás à Bersabee itinere vnius diei, sub qua cum solus sederet Helias propheta domini, petiuit animę suęvt moreretur, & ait. Sufficit mihi domine. Tolle animá meam, neq; enim melior sum quá patres mei, proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi, & ecce angelus domini tetigit eū, & dixit illi. Surge & comede. Respexit. Et ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquę: comedit ergo & bibit. Et rursum obdormiuit. Reuersusq; est angelus domini secundo, & tetigit eū, dixitque illi. Surge, & comede, grandis enim tibi restat via. Qui cū surrexisset, comedit et bibit, et ambulauit in fortitudine cibi illius 40. diebus, et 40. noctibus, vsque ad montē dei Oreb. 3. Reg. cap. 19.

IECONAM.

I Econam vrbs in mōte Carmelo, iuxta mare Mediterraneum. Rex huius vrbis à Iosue duce Israel occisus fuit. iosue 12. iuxta hanc vrbem in monte Carmelo habitabant filii prophetarum in speluncis.

IABOCH.

I Aboch fluuius siue torrens, quo transmisso luctatus est iacob aduersus eum, qui sibi apparuerat, vocatusque est israel. Torrēs iaboch cōmiscetur iordani fluuio. Nota quod à fine maris Tyberiadis, vsq; ad torrentem iaboch, erat hereditaria terra Seon regis Amorræorum. Sed à torrente iaboch cepit partem à filiis Moab, vsque ad torrentem arnon, et vna pars totius regni Seon, data fuit filiis Gad. altera filiis Ruben, et ita habitauerunt secundam medietatem montis Galaad.

I Ordanis fluuius, diuidens Iudęam, Arabiam, & Aulonem, qui vsque ad mare Mortuum fluens, post multos circuitus, Mortuo mari commixtus nomen amittit, oritur ad radices Libani montis, & habet duos fontes. Vnum nomine Ior, & alterum Dan, qui simul mixti Iordadis nomē efficiunt. Diuus Hiero. in Matthæum capite 16. Tomo 9. Et in Ezechielem capite 27. Tomo 5. Dicitur etiam Iordanis, fluuius iuditii. Diuus Hieronymus in Ezechielem prophetam, capite 28. Tomo 5. Iordanis fluuius maximus in Iudæa est, iuxta quem morantur leones, ob desertiviciniam, & latitudinem vastæ solitudinis, & arundineta, carecta, vnde & per prophetam dicitur. Ascendit leo de Iordane. Diuus Hieronymus in zachariam prophetam cap. 11. Tomo 6. Sciendum est quod ab ortu Iordanis sub Libano, vsq; ad desertum Saran. Ex vtraque parte fluminis, sunt campi lati, & ameni, sed circūdati multis montibus. Naamam princeps militię regis Syrię, curatus fuit à lepra, eó quod ex mandato Helisęi prophetę domini, se lauit septies in Iordane, 4. Regum, cap. 5,

IOPPE.

I Oppe oppidum Palęstinę maritimum, in tribu Dan, quod Iaphet filius Noe condidisse dicitur, nunc vocatur Iapha, & est portus Terræ Sanctæ. In eo vsq; hodie saxa mōstrātur in littore, in quibus andromeda religata, Persei quondā viri sui fertur liberata fuisse pręsidio. Diuus Hier. ad Eustochiūvirginem.

In

In Ioppenvenit Ionas propheta, cum fugeret a facie Domini. Ionę capite 1. Ioppe portus est Iudęę vt in regnorum & Paralipomenon Libris legimus, ad quem Hyram Rex Thyri, ligna de libano, ratibus transferebat, quæ Hierusalem terreno itinere perueherentur. Diuus Hieronymus in Ionam prophetam capite 1. Tomo 6. Ioppite tale quoddam flagitium perpetrarunt, rogauerunt Iudæos, cum quibus habitabāt, ascendere scaphas, quas parauerant cum vxoribus, & filiis, quasi nullis inimicitiis inter eos subiacentibus. Secundum itaque commune decretum ciuitatis, cum in altum precessissent, submerserunt non minus ducentos. Quam crudelitatē Iudas in suæ gentis homines factam, vt cognouit. Inuocato iusto iudice Deo, venit aduersus interfectores fratrum, & portum quidem nocte succendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant gladio peremit. 2. Machabæorum, capite 20. In Ioppe quędam fuit mulier Tabitha nomine, quæ interpretata dicitur Dorcas, quam beatissimus Petrus apostolorum princeps a mortuis suscitauit, ibique moratus est apud Simonem quendam coriarium. Actuum capite 9. Hanc vrbem Ioppen, muris, & turribus cinxit sanctus Ludouicus Francorum Rex. Anno Domini 1250.

IAMNIA.

IAmnia quondam fuit portus Iudæorum, quem succendit cum nauibus Iudas Machabęus, ita vt lumen ignis appareret Hierosolimis 2. machabęorum, duodecimo capite.

IANNA.

IAnnavrbs in campo Moab,ſubterverticem mõtis Phaſga,& iuxta torrentem Careth.

IDVMEA.

IDumæa regio Eſau:quæ ex eo quod ille Edom, & Seir vocabatur nomen accepit.Eſt autem circa vrbem petram, quæ nunc dicitur Gabalena, et eſt in finibus Eleutheropoleos,vbi habitauerāt Chorręi populi,qui interpretantur liberi,vnde &ipſa vrbs poſtea ſortita eſt vocabulum.Quod ergo hebraice Edom: & grece dicitur Idumęa.nuncviculus paleſtinę eſt a cõditore ſic impoſito nomine.cuius latina quoque & greca meminit hiſtoria, ille eſt cui dicitur per amos prophetam.ſuper tribus ſceleribus Edom,& ſuper quattuor non conuertam eum.Hiero.in Abdiam prophetam ca. 1.Tomo 6.Idumęa, Duma, Eſau, Seir, Edom,idem ſunt Diuus Hiero.in Ezechielem prophetam cap.25. To.5. Omnis auſtralis regio Idumęorum, de Eleutheropoli vſque petram,& Hailam vrbes,eſt poſſeſſio Eſau.In ſpecubus habitaciunculas habet,& propter nimios calores ſolis,quia meridiana prouincia eſt,ſubterraneis tuguriis vtitur Hieronymus in Abdiam prophetam capite.1. Tomo.6.

VALLIS ILLVSTRIS.

Vallis

Allis illustris nunc salis de qua dicitur Gene.13. V capite quod irrigabatur, antequam dominus subuerteret Sodomam, & Gomorram sicut paradisus Domini, & sicut AEgiptus venientibus in Segor. nunc est terra sterilis, immo in circuitu maris per 12. milia, est arida ex vapore illius maris.

LIBANVS.

Ibanus mons Phęnicis, excelsis arboribus consitus, abundans cyparisso, pino, cedro, abiete, & buxo. Diuus Hieronymus in Esaiam prophetam capite 60. Tomo 5. Hyram rex Hyri dedit Salomoni regi omnia ligna cedrina. & abiena. ad ædificandum templum Domini in Hyerusalem: mittebatque Salomon rex per singulos menses 10. milia hominum in libanum, ad cædendum ligna cedrina: prout opus erat ad templi ædificationem. 3. Regum capite 5. & 2. Paralipomenon capite 2. Quattuor autem fluuii labuntur a Libano monte, vt videre est apud Hystoriographos scilicet Adon, Eleutherus, orcus, qui nunc Verne vocatur, & Chrisoroas. In hoc monte habitant Christiani sed Schismatici qui se a gallis originem traxisse gloriantur.

LEBNA SIVE LOBNA.

Ebna vrbs in Tribu Iuda: quæ data fuit filiis Aaron ad confugiendum. 1. Paralipomenon capite 6. Hanc vrbem cum rege suo percussit Iosue in ore gladii: & omnes habitatores eius: nec dimisit in ea vllas reliquias Iosue cap. 10.

LACHIS.

L Achis vrbs in Tribu Iuda. Hanc cæpit Iosue, atque percussit in ore gladii omnem animam, quæ fuerat in ea sicut fecerat Lebna Iosue capite 10. Amasias Rex Iuda fugit in Lachis quia contra eum facta fuerat coniuratio in hierusalem, miseruntq; post in Lachis &interfecerunt eum ibi, 4. Regum capite 14. Lachis interpretatur ambulatio .Hieronymus in Micheam prophetam capite 1. Tomo 6. Iuxta Lachis angelus domini in nocte percussit in castris Assyriorum 185. milia hominum. 4. Regum capite 19, et 2. Paralipomenon capite 32. et ecclesiastici capite 48.

LIDDA.

L Idda vrbs, quæ, commutato nomine, vocata est Diospolis, id est ciuitas Iouis, nunc vero dicitur Tigrida, & est ciuitas palestinæ in Tribu Dan. Hieronymus in Abdiam prophetam capite 1. Tomo. 6. & in Proœmium Ionæ prophetæ Tomo 6. In hac vrbe inuenit, Petrus apostolus hominem quendam, nomine AEneam, ab annis 8. iacentem in grabato: qui erat paraliticus: et ait illi Petrus. AEnea, sanet te Dominus Iesus Christus. Surge & sterne tibi, & continuo surrexit. & viderunt eum omnes, qui habitabant Liddæ, & Saronæ: qui conuersi sunt ad Dominum. Actuum 9. cap. In hac vrbe quædam est ecclesia, sed paruula in honorem sancti Georgii martyris ædificata. In qua meruit coronam martyrii. Hæc vrbs olim cum a christianis habitabatur: episcopali diademate insignita erat.

MASPHA.

Maspha

Aſpha ciuitas ſeparata Leuitis: In hac moraba-
M tur Iepthe Galaadites, vir fortiſſimus, atque pugnator quem principes Galaad, omniſque populus, conſtituit eum principem ſui. Qui votumvouit Domino dicens, ſi tradideris filios Ammion, in manus meas, quicunque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace, a filiis Ammon, eum holocauſtum offeram Domino, habitaq; victoria de filiis Ammon, cũ reuerteretur Iepthe in Maſpha, domum ſuam, occurrit & vnigenita filia ſua, cum Tympanis, et choris. Non enim habebat alios liberos. Qua viſa ſcidit veſtimenta ſua, et ait. Heu me filia mi: decepiſti me et ipſa decepta es. Aperui os meũ ad Dominum, et aliud facere non potero. Cui illa reſpondit. Hoc ſolum mihi preſta, quod deprecor, dimitte me, vt duobus menſibus circumeam montes, et plangam virginitatem meam, cum ſodalibus meis, cui ille reſpõdit. Vade. Et dimiſit eam duobus menſibus, expletis autem duobus menſibus, reuerſa ad patrem ſuum, fecit ei ſicut vouerat. Exinde mos increuit in Iſrael, et cõſuetudo ſeruata eſt, vt poſt anni circulum conueniant invnum filię Iſrael: et plangant filiam Iepthe, diebus 4. Iudicum capite 11. Iudicauit autem Iepthe Galaadites, Iſrael annis 6. et mortuus eſt, ac ſepultus in ciuitate ſua. Iudic. 12. ca.

MAGEDDO.

Ageddo vrbs in Tribu manaſſe, quã Ioſue Dux
M Iſrael cepit, rege illius interfecto. Ioſue 12 capite. Quæ cum cecidiſſet in ſortem dimidiæ Tribus Manaſſę:

Manasse :nequaquam possedit eã quia pristinos habitatores.nequiuit expellere. Ochozias rex Iuda qui vulneratus fuerat a Iehu rege Israel,fugit in Mageddo: & ibi mortuus est.4. Reg.cap.9. Iosias rex Iuda in Mageddo occisus est.4.Reg.cap.23.

MANAIM.

M Anaim vel Macheronta:nunc Aylon dicitur,ciuitas in Tribu Gad, separata Leuitis, in regione galaaditide.Illic Iacob cum dimisisset Laban annculum suum,cuius filias,scilicet Lyam,& Rachel acceperat in vxores.vt scribitur Gene. 29.cap.& abiret in itinere,quo ceperat,fuerunt ei obuiam angeli dei.Quos cum vidisset ait. Castra dei sunt hæc, & appellauit nomen loci illius Manaim,id est castra.Gene.32.cap.

MAGEDAN.

N Ota quod regio,a mõtibus vsque cedar,Dalmanutha dicitur.Marci 8.cap.& Magedan Mat.15. ad cuius fines, Mat.euangelista, atque apostolus scribit Dominum Iesum Christum peruenisse:nunc aũt hæc regio dicitur Magedena,circa Gerasam,& a Saracenis Medan,id est aquæ Dan:nam Paleę in fonte Phiala positæ(qui est in hac regione)reperte fuere,in fonte Dan,vnde Iosephus putat in hoc loco esse primum ortum Iordanis fluuii,

MOAB.

M Oab prouĩcia est Arabum:in qua habitauit Balac filius Beor,qui cõduxit Hariolum Balaam de Mesopotamia,vt malediceret Israel. vbi & initiatus est populus Beelphegor. Huius metropolis ciuitas vocabatur Ar,siue Ath:quæ hodie ex Hebręo,&Greco sermone cõposita,Areopolis nuncupatur: Quantę autẽ

fuerit

fuerit potentiæ, Hiere. testatur dicẽs. Nõ est vltra exulta tio in Moab. & iterũ habuisti fiduciã in munitiõibus tu-is, & in thesauris tuis & iterũ fertilis fuit Moab ab adolescẽtia sua & requieuit ĩ fecibus suis: nec trãsfusus est deva se in vas: & ĩ trãsmigrationẽ nõ abiit: et idcirco permãsit gustus eius in eo: & odor eius nõ est immutatus, audiuimus superbiã Moab, superbus est valde. Moabitę ab Assyriis, & babylonii s, ab vtraq; enim gente vastati sunt, eo tempore quo Sennacherib captiuũ duxit Israel: & quando Nabuchodonosor subuertit Hierusalẽ. D. Hie. in Esaiam prophetã ca. 15. To. 5. Chamos Deus erat Moabitarum, sicut Baal, & Astaroth Dii Sidoniorũ, Moloch Ammonitarũ, D. Hiero. in Osee prophetam ca. 8. To. 6. Colebant & Moabitę, Beelphegor idolum: quẽ nos priapum appellare possumus. Interpretatur aũt Beelphegor (idolũ) tentigines habens in ore, id est in summitate pellem, vt turpitudinem mẽbri virilis ostenderet. D. Hiero. in Osee prophetam ca. 9. To. 6.

MADIAN.

Madian ciuitas est, iuxta Arnonem torrentem, & Areopolim, cuius nunc ruinę tantummõ demonstrantur. Madian. & Epha regiões sunt trans Arabiam, fertiles camelorũ, oĩsq; prouĩcia appellatur Saba. Vnde fuit & Saba regina, quæ audita fama Salomonis regis Israel. In noĩe domini venit temptare eũ in enigmatibus, & ingressa Hierusalem, multo cũm comitatu & diuitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, et gemmas preciosas, venit ad regem Salomonem, et locuta est ei vniuersa, quæ habebat in corde suo, et docuit eam Salomon, oĩa verba, quæ proposuerat.

non

Non fuit sermo, qui regem posset latere, et non responderet ei. deditque regi Salomoni 120. talenta auri. et aromata multa nimis, et gemmas preciosas. non sunt allata vltra aromata, tam multa quam ea, quæ dedit regina Saba Salomoni regi. Diuus Hieronymus in Esaiam prophetam capite 60. Tomo 5. Tertio Regum capite 10. et 2. Paralipomenon capite 9. In hanc regionem Madian fugit moyses percusso ægyptio. et apud Ietro sacerdotem Madian moratus est, Sephoramque eius filiam accepit vxorem, pascebat et ipse Moyses, oues Ietro soceri sui. Exodi 2. et 3. capite.

MEDABA.

Medaba siue mectaba, siue Madaba iuxta Esebon, vsque hodie vrbs Arabiæ, antiquum nomen retinens, ibi non sunt arbores fructuosę, sed saltus infertilis. In quo habitant bestiæ. de quo in 28. Psalmo scriptum est. et reuelabit condensa saltus. Diuus Hieronymus in Esaiam prophetam capite 16. Tomo 5. Filii Zambri exeuntes ex Medaba vrbe comprehenderunt Ioannem Machabęum: & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea, ipsumque occiderunt. Posthæc, nunciatum est Ionathæ, & fratri eius: quia filii Zambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Medaba, filiam vnius de magnis principibus Chanaan, cum ambitione magna. Et recordati sunt sanguinis Ioannis fratris sui, et ascenderunt, et absconderunt se, sub tegumento montis, et eleuauerunt oculos suos, et viderunt et ecce tumultus, et apparatus multus: et sponsus processit, et amici

amici eius,& fratres eius obuiam illis, cum tympanis, & musicis,& armis multis.Et surrexerunt ad eos ex insidiis,& occiderunt eos,& ceciderunt vulnerati multi, & residui fugerunt in montes,& acceperũt omnia spolia eorum,& conuersæ sunt nuptiæ in luctum.Et sic vindicauerunt vindictam sanguinis fratris sui, & reuersi sunt ad ripam Iordanis.1.Machabęorum cap.9.

MARE GALILAEAE.

MAre Galilææ,siue Tyberiadis,siue lacus Genesareth:est inter tribus Manasse, & Neptalim.Nota quod omnis aquarum congregatio: siue salsæ sint,siue dulces, iuxta idioma Hebraicæ linguę, maria nuncupantur .Genesis cap.1. Diuus Hieronymus in Genesim, Tomo 2.

MACHMAS.

MAchmas nũc dicitur leuir,cuius meminit Esaias proph. ca. 10.dicens. Et in Machmas ponet vasa sua. Hicvirgo Maria percepit filium suum remansisse in Hierusalem.Et est vsque hodie vicus grandis.Hic Saul rex Israel posuerat mille viros.1.Regum capite 13.In Machmas Philistiim contra Israel castrametati sunt,triginta milia curruum habentes, & sex milia equitum,& reliquum vulgus,sicut arena quę est in littore maris plurima,1.Regum 13. Amachmis vsque in Haylon Israel percussit Philistæos. Machmas à Saracenis dicitur abiera,& est ibi castrum.

MACEDA.

M Acedavrbs in tribu Iuda, ad quã fugerunt quinque reges, scilicet regem Hierusalem, Hebron, Hierimoth, Lachis, & Eglon, quos persequebatur Iosue dux Israel, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda, nunciatumq; est Iosue quod inuenti essent hi quinq; reges latentes in spelunca vrbis Maceda. Qui præcepit sociis, & ait. Voluite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios, qui clausos custodiãt. Cęsis ergo aduersariis plaga magna, reuersus est omnis exercitus ad Iosue in Maceda. Pręcepitq; Iosue dicens. Aperite os speluncę, & producite ad me hos quinq; reges, qui hic latitant, feceruntq; ministri, vt sibi fuerat imperatum, & adduxerunt quinq; reges de spelunca, quos percussit Iosue, & interfecit, atq; suspendit super quinq; stipites, fueruntq; suspensi vsq; ad vesperum. Cumq; occumberet sol, præcepit sociis vt deponerent eos de patibulis: qui depositos proiecerunt in speluncam: in qua latuerãt: & posuerunt super os eius saxa ingentia: quę permanent vsque in pręsentẽ diem. eodem die cępit Iosue hancvrbem Maceda, & percussit in ore gladii, regemq; illius interfecit: & omnes habitatores eius. Iosue cap. 10.

MASPHAT.

M Asphat vrbs in tribu Iuda. In Masphat Samuel propheta domini, cõgregauit vniuersũ Israel: & orauit dominũ pro eis. Hauserũtq; filii Israel aquã: & effuderũt in cõspectu domini: & ieiunauerũt in die illa, atq; dixerũt. tibi peccauimus domine, iudicauitque Samuel proph. domini filios Israel ĩ Masphat. Et au dierunt

dierũt Philiſtiim,quod cõgregati eſſẽt filii Iſrael ĩ Maſphat,&aſcẽderũt ſatrapę philiſtinorũ ad Iſrael,quos do minus fragore magno exterruit,ita quod cęſi ſunt a filiis Iſrael. 1.Reg.7.ca.

MODIN.

Modin vrbs in Tribu Iuda,vnde fuerũt Machabęi,qui liberauerũt populum Iſrael,de manibus irripientium eum. Illicq; vſq; in preſentem diẽ eorũ ſepulchra oſtẽduntur.

MARE MORTVVM

Mare mortuũ ſiue ſalinarũ, ſiue lacus Aſphalti.i. bituminis,ſecũdũ Ioſeph. habet 586. ſtadia,quę faciũt70.& 3.milliaria,& 2.ſtadia.Porro ſecũdũ Saraſenos,durat per 5.dietas,vſq; ad mare rubrũ,cũ cõtinuatur per aquas marath;& aliqui dicuut, ſed errant quod aqua Iordanis nõ miſcetur aquis huius maris, ſed abſorbetur a terra.Saraſeni dicũt quod vere ingreditur, egreditur,& mare creſcit, & decreſcit ſecũdũ abũdantiam reſolutiõis niuis, & pluuiarũ.Habet & mare mortuũ 12. milliaria ĩ latitudine ab oriẽte ĩ occidẽtẽ,et 5.dietas ĩ lõgitudiẽ à ſeptẽtriõe in meridiẽ.In eo ſũt 4.ciuitates.ſ.Sodoma,Gomorra,Seboyn,& Adama,quas dominus deusſubuertit propter peccata deteſtabilia,&horrẽda habitãtiũ.Gen.19.Mare mortuũ dicitur,eo quod nihil põt eſſe vitale ĩ eo,nihilq; quod ſpiret,& poſſit ĩcedere,prę amaritudiẽ nimia in hoc mari reperi põt,nec cochleolę quidẽ,paruiq;vermiculi,et ãguillę,&cetera aĩantium ,ſiue ſerpẽtiũ gnã.deniq;ſi iordanis auctus ĩbribus, piſces illuc ĩfluens rapuerit.ſtatim moriẽtur,et pĩguibus aquis ſupernatãt. D.Hier.ĩ Ezech.ca.48.To.5.et in Zacha.proph.cap.14.To.6.& in Iohel proph.cap.2. To.6.

DESERTVM MAON.

D Esertum Maon. In hoc deserto Maon versabatur Dauid:cum fugeretSaul regem Israel.Quod cum nunciatum esset Saul regi, quod ibi versaretur Dauid:hũc ibi persecutus est:& ibat Saul,&viri eius ad latus montis,ex parte vna:Dauid autem & viri eius in latere montis ex parte altera.Porro Dauid desperabat se posse euadere,à facie Saul.Itaque Saul,& viri eius in modum coronæ cingebant Dauid,&viros eius,vt caperent eos.Et nuncius venit ad Saul,dicens. Festina & veni,quoniam infuderunt se Philistiim super terram. Reuersus est ergo Saul,desistens persequi Dauid:&perrexit in occursum Philistinorum: propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.1.Regum. 23.ca.

NEPTALIM TOBIAE.

T Obias vir iustus,& timens deum : erat ex tribu, & ciuitate Neptalim,quæ est in superioribus Galilææ,supra Naason,post viam,quæ ducit ad occidentem in sinistro habens ciuitatem Sephet. Cum captus esset in diebus Salmanasar regis assyriorum,in captiuitate positus viam veritatis non deseruit: ita vt omnia quæ habere poterat,quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere impartiret.Tobię cap.1.In diebus autem Phaceæ regis Israel, venit Theglatphalasar rex Assur,&cepit Aylon,& Abel domum Maacha, & Ianoe,& Cedes,& Asor,& Galaad,& Galilæam,&vniuersam terram Neptalim,& transtulit eas ad Assyrios. 4.Regum cap. 15.

Naim

NAIM.

NAim vrbs in radice mõtis Hermon, in tribu Ysachar: & vſque hodie in ſecundo miliario montis Tabor, oſtenditur contra meridiẽ, iuxta Endor. Cum dominus noſter Ieſus Chriſtus appropiquaret portæ ciuitatis huius: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri ſuæ. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa: quã cum vidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit. Noli flere: & acceſſit, & tetigit loculum, & ait: adoleſcens tibi dico ſurge: & reſedit qui mortuus erat, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ. Lucę 7. capite.

NAZARETH.

NAzaret oppidum Galilææ, Capharnaum vrbi ſubiacens. Diuus Hieronymus in Matthæum capite 17. Tomo 9. In hoc miſſus eſt angelus Gabriel à deo ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph: de domo Dauid, & nomen virginis, Maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius, & cogitans qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait ei angelus. Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur, & dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Lucæ 1. capite. Cum dominus rediret ex ægypto veniens habitauit

bitauit in hac ciuitate, quæ vocatur nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, quoniam Nazaræus vocabitur Mat.2.capite. Nazarei hi sunt, qui ita Christum recipiunt, vt obseruationes legis veteris, non amittant. D. Hiero. in Esaiam prophetam cap.8. Tomo 5. quibus lege præceptū est, vt oē quod inebriare potest non bibant. D. Hiero. in amos prophetam cap.2. Tomo 6. Multa alia quæ scripta sunt in libris numerorum, cap. 6. & Iudicum cap.13. Nazarei obseruabant, ad ea lectorem remitto. Hi abstinentes, & contenentes erant vt ait, Hiere. propheta in suis lamentationibus ca.4. dicens. niue candidiores nazarei, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphyro pulchriores, & ibi D. Hiero. Tomo 5. Nazarei quamdiu sanctam comam nutriūt: nihil contaminatum, nihilque mortale conspiciunt, a vino abstinent, & ab vua passa. & a dilutiori quæ solet ex vinaceis fieri potione: omnique sicera, quæ mentem ab integra sanitate peruertit. D. Hiero. in epistolam Pauli apostoli ad Titum cap.1. Tomo 9, Nazareth cū a Christianis colebatur decorata erat suo archiepiscopo.

NOBE.

NOBE vrbs in Tribu Iuda. In hanc vrbem venit Dauid ad Achimelech sacerdotem; qui dedit ei panes propositionis, qui sublati fuerant, a facie Domini vt ponerentur panes alteri calidi, quia laicos panes nō habebat: ac etiam gladium Goliath, quē percusserat Dauid in valle Terebinthi. 1. Reg. cap.21. Hanc vrbem Doech Idumæus, ex mandato Saul regis Israel percussit

percussit in ore gladii, viros, & mulieres, paruulos, & lactantes, bouemque, et asinum, et ouem in ore gladii. 1. Reg. 22. cap.

NEHELESCOT.

Nehelescot vrbs in Tribu Symeon: Inde exploratores, quos miserat Moyses absciderunt palmitem, cum vua sua, quam portauerũt in vecte duo viri, de malis quoque granatis, et de ficis loci illius tulerunt; qui appellatus est Nehelescot, id est Torrens botri, eo quod botrum portassent Inde filii Israel. Numeri 13. cap.

MONS OLIVETI.

Mons OlIueti est ad orientem vrbis Hierusalem: frugiferis arboribus cõsitus D. Hiero. in Matthæum cap. 21. Tomo 9. In eo Dominus noster erudiebat discipulos, torrente Cedron interfluente vbi vltima vestigia Domini humo impressa, hodieque monstrantur. Cumque terra eadem quotidie a credentibus hauriatur: nihilominus tamẽ eadem sancta vestigia pristinum statum continuo recipiunt. Denique cum ecclesia, in cuius medio sunt, rotundo schemate, et pulcherrimo opere conderetur summum cacumen tantũ (vt perhibent) propter dominici corporis meatum: nullo modo contegi, et concamerari potuit: Sed transitus eius a terra, ad cælumvsq; patet apertum.

ORONAIM.

Oronaim vrbs est Moabitarũ, cuius meminit Esaias propheta ca. 15. Oronaim secundũ D. Hiero. interpretatur foramẽ mæroris. Hiero. in Esaiam prophetam ca. 15. Tomo 5.

PHIALA.

Phiala

P Hiala, fons est, siue paruus lacus, semper plenus, & nunquã exuberans, inde oritur paruus riuus, qui paulo post a terra absorbetur, & propter has aquas, & solum herbarum fertilissimum, multi pastores hic congregantur, & habent sua tabernacula. Tempore etiam nundinarum, quæ fiunt ibidem, venientes ex Cedar faciunt multa tabernacula, inde est quod dicitur tabernacula Cedar. Nota quod paleæ in hoc fonte Phiala positæ, reperte fuere in fonte Dan, vnde Iosephus putat in hoc loco esse primum ortum Iordanis.

PALESTINA.

P Alestina terra est Chanaan, siue Philistinorum, & Allophylorum, abundans frumẽto, balsamo, melle, & oleo, & resina. Diuus Hieronymus in Ezechielem prophetam cap. 27. Tomo. 5. Huius quinq; erant vrbes magni nominis, videlicet, Ascalon, Azotus, Gaza, accaron, quæ sunt in tribu Iuda, & Geth in tribu Dan, quarum meminit Sophonias propheta cap 2. & ibi Diuus Hieronymus Tomo 6. Idem in Abdiam prophetam capite 1. Tomo 6. et in amos prophetam, cap. 1. Tomo. 6. et in Ezechielem cap. 16. Tomo 5. Palæstinorũ mos erat festis diebus vngere capita sua, vt ait Diuus Hieronymus in Matthæum capite 6, Tomo 9. familiareq; illis erat ad omnem sermonem suum, parabolas iungere, vt quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus nõ potest, per similitudinem, exemplaque teneatur. Diuus Hieronymus in Matthęum cap. 18. Tomo 9. Translati autem sunt Palestini de Cappado

cia,

cia.vt inquit D.Hiero.in Esaiam prophetam,ca.22,To. 5.Mos est in vrbibus palestinæ,& vsque hodie per omnem Iudeam vetus consuetudo seruatur,vt in viculis,oppidis,& castellis,rotundi ponantur lapides,grauissimi ponderis,ad quos iuuenes exercere se soleant,& eos pro varietate virium subleuare:Alii ad genua:Alii ad vmbilicum:Alii ad humeros, & caput: nonnulli super verticem,rectis iunctisque manibus,magnitudinem virium demonstrantes,pondus extollant.Hiero.in Zachariam prophetam cap.12.Tomo 6. PTOLEMAIS.

P Tolemais vrbs maritima,regionis Phœnices,olim Coth dicebatur,& post Acho dicta est.D. Hiero. in Amos prophetam ca.1.Tomo 6.Et ad Eustochiam virginem Tomo.1.Ptole.filius Lagi,qui primus regnauit in AEgipto,vir prudentissimus, fortissimusq;, ac ditissimus fuit,& tantæ potentię,vt pyrrhum regem Epirotarum expulsum,restitueret in regnum.Cyprumque obtinuerit, & Phęnicem,a quo vt ab Historiographis memoriæ proditum est,Ptolemais vrbs nomen accepit. In hac captus est Ionathas Machabeus, a Ptolomensibus , & omnes qui cum eo Ptolemaidem intrauerunt,gladio interfecerunt:Author tam execrabilis delicti Tryphon,qui suis dolis,ac persuasionibus,coegit Ionatham,vt secum iret Ptolemaidem,quam illi tradere pollicebatur primo machabæorum duodecimo capite in hac ciuitate paulus apostolus.a tyro veniẽs mansit die vna actuum vicesimo primo capite Hæc vrbs capta fuit a saladino turcharũ rege babyloniæ et damasci sol-

M dano

dano.anno domini millesimo centesimo, octuagesimo septimo:&postea à Philippo Francorum rege,anno do mini milesimo centesimo nonagesimo primo, & tandem à Soldano Bobyloniç omnibus ciuibus occisis,anno domini milesimo ducentesimo nonagesimo. Altera est vrbs eiusdem nominis in Pentapoli prouincia aphricæ:quæ dicitur Ptolæmais.Hæc vrbs cum a Christianis possidebatur,insignita erat episcopali sede.

PHAENICE.

P Hęnice regio est in Syria:abundans melle,oleo, frugibus,& fótibus, quam Phænix catheni frater de Thebis ægyptiorum, qui apud Sidonem regnans,regionem hanc su o nomine Phæniceni nominauit.Hæc fertilis est, a Iudæis quondam, & Saracenis inhabitata,aTurcis iam tota subacta est.Habet ab oriente arabiam, ab occidente mare Mediterraneum, a septentrione Libanum montem, & a meridie mare Rubrum.

PALMA DELBORAE.

D Elbora prophetes vxor lapidoth,iudicauit populum Israel,post mortem aioth,qui vtraque manu pro dextera vtebatur, quique Eglon regem Moab pinguissimum occidit.Iudicum 3. cap. sedebatq; sub palma, quæ nomine illius vocabatur palma Delboræ,estque inter Rama,& Bethel,in monte Efraim. Ascendebantque ad eam filii Israel in omne inditium. Iudicum cap. 4.

PHILISTIIM.

Philistiim

Hilistiim, siue Philistęi, habitauerunt in regione
P Chanaan. Metraim autem filius Chanaan, genuit Iudim, & Anamin, & Labaim, & Nephtuim, & Phetrosim, & Chasloim, è quibus egressi sunt Philistiim, siue Philistæi, quos nunc corrupte Palæstinos dicimus. Di Hiero. in Genesim, Tomo 2. Dicuntur etiam Philistiim allophyli, id est alienigenæ, & nunc Palæstini. Diuus Hiero. in Esaiam prophetam capite 2. Tomo 5. & in Amos propetam cap. 1. Tomo 6. & in Ezechielem çap. 16. Tomo 5.

PHASGA.

Hasga mons est contra orientalem plagam, cu-
P ius cacumen Moyses seruus domini ascendit ex mandato ipsius, vt contemplaretur terram promissionis, quam dominus deus daturus erat populo suo, non enim trāsiturus erat Iordanem fluuium. Deutero. 3. cap. In hoc monte mortuus est Moyses, in terra Moab, iubente domino, & sepeliuit eum in valle, terrę Moab contra Phogor, & non cognouit homo sepulchrum eius, vsq; in pręsentem diem. Moyses centum & viginti annorum erat, quando mortuus est. Non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. Fleuerunt eum filii Israel, in cāpestribus Moab. 30. diebus. Deutero. 34. cap.

PETRA DESERTI.

Etra deserti, ciuitas Arabię, quę quōdā metropo-
P lis fuit, & est in terra Edō, cognominata est etiā Iectael, & a Syris Recē, ī qua regnauit Rocā, quē īterfecerūt filii Israel, dicitur aūt ipse quoq; rex madiā.

M 2 Hanc

hanc vrbem cæpit Amasias rex Iuda occisis prius 10 milibus hominum in valle Salinarum:& vocauit hanc vrbem Iezechel 4. Regum 14 capite. nunc autem vocatur Canacum et Arach. cum a christianis colebatur decorata erat archiepiscopali sede.

PHARAN IN CADES

PHaran mons est in solitudine, in parte meridionali situs: in eo habitauit ismael filius Habrae ex Agar ancilla. Genesis 21. capite: vnde Ismaelitæ, qui et Agareni: nunc tamen sed erronee vocantur Saraceni. Pharan quippe vicinus est locus monti sina. D. He. in Abacuc prophetam capite 3. tomo 6. et ex eo quod Ismael circuncisus fuit in 13 suæ ætatis anno Genesis 17 ca. Ismaelitæ in tali ętate circūciduntur. Iosep. de antiquitatibus Iudeorum capite 20. duodecim filii Ismael possederunt terrā, ab Eufrate fluuio vsq; ad mare rubrum: nominantes eam Nabatheam. Iosepus de antiquitatibus Iudeorum capite 21 libro 1.

RAMOTH GALAAD

RAmoth galaad Ciuitas operantium idolum, supplentata sanguine: et quasi fauces virorum latronum, vt ait Osee propheta cap. 6. legimus in Ramoth galaad vnctum esse in regem Iehu: qui sanguinē sanguini miscuit, et Achab regis isral domum subuertit et ante solis ortum aceruos capitum filiorum Acab regis, qui 70. erant, iussit statui ante introitū portæ vrbis Iesrael, in qua erat. 4 regum capite 9 et 10. in hac vrbe Ramoth Galaad, quę et ipsa fugitiuorum ciuitas fuit,

et a

et a sacerdotibus habitata, idolum consecratũ est. Quanto igitur celebrior, et maioris authoritatis, qua in partẽ sacerdotum fuerat delegata, tanto trans Iordanem habitanti Israel principium Idololatriæ, et malorum omniũ fuit, Vt qui primi peccauerant primi ab assyriis caperentur. Et quoniã ipsa prouincia plena est latrociniorũ, cõparat eos latronibus, osee propheta, Vt quomodo illi viatoribus, sic sacerdotes simplicitate populi insidiati sunt Diuus Hieronimus in osee prophetam capite sexto, tomo 6. Iuxta hanc vrbem achab rex israel, & iosaphat rex iuda pugnauerunt contra regem syrie. Vir autem quidam ex syriorum exercitu tetendit arcum in incertum sagittam dirigens: & casu percussit achab regẽ Israel, inter pulmonem & stomachum, qui dixit aurige suo, Verte manum tuam, & eiice me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum. Commissum est ergo prelium In die illa, & achab rex israel stabat in curru suo, contra syrios, & vespere mortuus est. 3. regum cap. 22. Iuxta etiam hanc vrbem, Ioram filius achab regis Israel, pugnauit cõtra exercitum azahel regis syrie, a quo vulneratus fuit, qui reuersus vt curaretur In Israel, a iehu occisus est qui arcum manu tetendit, & Ioram regem Israel percussit, Inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius, statimq; corruit in curru suo, & mortuus est. 4. regum cap. 8. & 9. Ramoth secundum diuum hieronimum in Ionã prophetam capite quarto, Tomo sexto interpretatur visio mortis.

RABATH

Abath Ciuitas regni āmon nobilis vrbs arabiæ:
R Inqua habitauerūt olim raphaim gens ātiqua quā interfecerunt filii loth habitantes pro eis in ammō,nūc philadelphia dicitur,a rege ægypti ptolemæo cognomento philadelpho, qui arabiam tenuit cum iudæa,philadelphia nuncupata est.Diuus Hieronimus in ezechielē capite vicesimo quinto,tomo quinto,erat et metropolis ammonitarū Diuus Hieronimus in amos prophetam capite secundo,tomo sexto,& in ezechielem capite vicesimo primo,tomo quinto.Iuxta hanc vrbem occisus est a filiis ammō vrias ethæus.Scripserat enim epistolā Dauid rex ad Ioab principē exercitus misitq; per manum vriæ,Scribens in epistola.Ponite vriam ex aduerso belli,vbi fortissimū est prælium & derelinquite eum,vt percussus intereat.Igitur cum Ioab obsideret vrbem,posuit vriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos egressiq; viri de ciuitate bellabant aduersum Ioab,& ceciderunt de populo seruorum Dauid,& mortuus est etiam vrias ethæus.Hanc vrbem rabath cepit Dauid rex.Et tulit diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentum.habens gemmas preciosissimas,& impositum est super caput dauid.Sed et prædam ciuitatis asportauit multā valde,populū quoq; eius adducens serrauit,& circumegit super eos ferrata carpenta diuisitq; cultris & traduxit in typo laterum. Sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum ammon secundo regum capite vndecimo,& duodecimo.

RVMA

Ruma

R Vma Quæ & aarima, vbi ſedit abimelech, ſicut in libro iudicum ſcriptum eſt nunc rempthis appellatur.

RAMA BENIAMIN

R ama beniamin Vrbs quondam nobilis, a ſalo. rege Iſrael ędificata, nũc paruus Viculus, eſtq; in tribu beniamin in ſeptimo lapide a hieroſo.ſita, quã rex Iſrael occupare conatus eſt, vt exitum et introitũ clauderet tribui Iudę Hiero. in oſee pro. cap, 5, tomo, ſexto, et in ſophoniam prophetam cap. 1. to. 6.

RAMATHA

R Amatha Siue ramula, nunc vero rama dicitur, vnde extitit oriundus ſamuel propheta domini, ibi morabatur, populumque Iſrael iudicauit, ac altare domino ibi edificauit 1 Regum, capite 7 in fine, ibiq; ſepultus eſt. 1. Regum 25, et 28 capite. hec vrbs vſque in preſẽtẽ diem permanet, ſed quaſi deſtructa eſt

RAMA

R Ama vrbs in tribu Iuda, vnde dicitur vox in rama audita eſt, ploratus, et vlulatus multus, rachel plorans filios ſuos, et noluit conſolari, quia non ſunt, Mat. 2 cap.

MONS REGALIS

I N hoc monte regali qui eſt in terra edom, baduinus rex hieroſolimitanus ędificauit caſtrum inexpugnabile, propter difficilem acceſſum.

SOBA

I Vxta hanc vrbem, et phencen, quę ſunt ad leuam damaſci, abraham occidit chordorlaomor regem elamitarum, et tres alios reges, et de manibus eorum liberauit loth fratrem. geneſis. 14, capite

Dauid rex percussit Adadezer filium Roob, regem Soba, quando profectus est vt dominaretur super flumen Eufraté. Et captis ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum subneruauit omnes iugales curruum. Dereliquit autem ex eis Dauid rex centum currus, & tulit arma aurea, & torques aureos, quos habebant serui Adadezer: & detulit ea in Hierusalem, 2. Regum 8. cap.

VALLIS SENNIM.

Vallis Sennim est iuxta montem Antilibanum, & Eleutherum fluuium: ad quam Cisara dux exercitus regis Iabin confugit: cum eum persequeretur Barach dux populi Israel: fugiensque peruenit ad tabernaculum Iahel vxoris Aber Cinei. Egressa igitur Iahel in occursum Cisaræ dixit ad eum. Intra ad me domine mi, ne timeas: erat autem pax inter Iabin regem Asor, & domum Aber Cinei. Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio: dixit ad eam, da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde, quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum: dixitq; Cisara ad eam: sta ante ostium tabernaculi, & cum venerit aliquis interrogans te: & dicens, nunquid hic est aliquis? respondebis, nullus est. Tulit itaque Iahel vxor Aber clauum tabernaculi, assumens pariter, & malleum, & ingressa abscondite, & cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum, percussumq; malleo defixit in cerebrum, vsq; ad terram, & sic mortuus est. Iudicum. 4. capite.

Sidon

Sidon nunc Saietta dicitur, vrbs Phœnices insignis: quæ dicta fuit Sidon: à Sidone filio Chanaan primogenito. D. Hiero. in Genesim Tomo 2. Olim fuit Chananęorum terminus ad aquilonem: non procul à Libano monte sita: & postea regionis Iudææ: cecidit autem in sortem tribus Aser: sed eam non possedit, quia hostes nequaquam valuit expellere. D. Hier. de locis Hebraicis. Quondam nobilis fuit vitri artificio (vt ait Plinius) Tempore autē Achab regis Israel, Methaal rex Sidoniorum filiam habebat Iezabel nomine: quam Achab rex, qui in Samaria viginti & duobus annis regnauit in vxorem accepit. Propter hoc irritans dominum deum Israel, super omnes reges, qui fuerunt ante eum. 3. Regum cap. 16. Nam Sidonii idololatræ erant, adorantes deum Astaroth, & Balaal. D. Hiero. in Osee prophetam cap. 8. Tomo 6. Historiographi scripsére Didonem: cuius meminit omnium Poetarū princeps Virgilius (quæ & Carthaginem regionis Aphricæ condidit) huiusce vrbis fuisse. In hanc ciuitatem deuenit Paulus apostolus, cum Romam mitteretur. Actuum 27. ca. Hæc vrbs cum à Christianis possidebatur: decorata erat episcopali sede.

SAREPTA SIDONIORVM

Sarepta ciuitas Sidoniorum, in via publica sita, in qua habitauit Helyas propheta domini: qui illic à vidua pascebatur, cuius & ipse filium Ionam nomine, à mortuis suscitauit. 3. Regum cap. 17. &

D.Hiero.de locis Hebraicis.Hæc vrbs Sarepta dicta est Sarphati,& nunc dicitur Seth.

SYRIA.

Syria regio,sacris literis multum celebrata : quæ Hebraicè Aram dicitur,& nunc Suria, regio est inter flumen Eufratem,&mare magnum,vsque ad AEgyptum pertingens.Plures sunt eius regiones,scilicet Comagena,apud montem albanum.Cirrestica inter Singã,& Eufratem fluuios.Pieria in littore sinus Issici.Deinde Seleucis,à Seleuco primo rege Syrię.Calibonitis ad Eufratem flu.Cassiotis apud montem Cassium. Chalcidica regio,Apamena ad littus Phænicia , ex qua Phęnix auis.Sub Libano monte Laodicina regio,&Palmyrina.Prope limites Arabię desertę saccęa regio,&Bathança.Item Trachonitę Arabes : vltima est Cęlosyria: vel curua Syria,sic dicta,quia inter duos montes curuos Libanum,& Antilibanum continetur. Est autē tota regio Syrię,variarum opum diues,frugum fertilis, & balsamis opima.Montes habet Pieriã, Cassium, Libanum diuersarum specierum fertilitate prędituũ.Hinc quatuor fluuii labuntur, Adon in occasum , Eleutherus in occasum hibernum, Orcus quē nunc Verne vocāt in Aquilonem:Chrisoroas in oppositã partē. Antilibanum mōtem,Hippum montem. Demum apud Arabiam desertam,Alsadamum montem.Multi reges in Syria regnauerunt post Alexandrum magnũ Macedonum regem, D.Hiero.in Daniel.proph.ca.11.To.5.Oēs Syriæ reges, Antiochi appellabantur apud Syros,quēadmodũ apud

ægyptios

AEgyptios,Pharaones,& apud Romanos, Cæsares,& Augusti:à primo Caio Cæsare, & secũdo adoptiuo eius Octauiano,qui postea Augustus nominatus est,& apud Persas Arsacide. Apud Philistiim Abimelech. Et post Alexandrum,in AEgypto,Ptolemæi vsque ad Cleopatram,qua victa apud actium: AEgyptus Romana facta est prouincia.Diuus Hiero.in Ezechielem prophetam, cap.29.Tomo.5.Vsque hodie (vt inquit Diuus Hiero.) In Syris permanet ingenitus negociationis ardor, qui per vniuersum mundum lucri cupiditate discurrunt, & tantam mercandi habent vesaniam,vt inter gladios,& miserorum neces quęrant diuitias, & paupertatem periculis fugiant.Diuus Hiero.in Ezechielem prophetam cap.27.Tomo 5.

SAPHET.

SAphet castrum in tribu Neptalim,& in Galilęa gentium,olim vrbs fuit nomine Sephet. Tobiæ 1.cap.Iuxta quod castrum Saladinus turcharum rex,Babyloniæ,& Damasci Soldanus, vicit exercitum Christianorum.Anno domini 1187.

SVNA.

SVna vrbs in tribu Ysachar, iuxta quam congregauerunt Philistiim agmina sua,vt pararentur ad bellum, contra populum Israel, & Saul regem. Congregatique venerunt, & castrametati sunt in Sunam.Saul autem rex Israel congregauitvniuersum populum suum,&venit in montẽ Gelboe.1.Reg. ca.28.

Quadam autem die cum transiret Helisæus propheta per Sunã vrbem, erat ibi mulier magna, quę tenuit eum, vt comederet panem. Cumque frequenter inde transiret, diuertebat ad eam, vt comederet panem. Quæ dixit ad virum suum. Animaduerto quod vir dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cænaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulũ, & mensam, & sellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi. Et veniens Helisæus diuertit in cęnaculum, & requieuit ibi, & cum exiret, dixit ad Giezi puerum suum. Voca Sunamitem istam, qui cum vocasset eam, & illa stetisset coram eo, dixit, quia sedule in omnibus ministrasti nobis, in tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filium. Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in eadem hora, qua dixerat ei Helisæus propheta, quem postea etiam ipse Helisæus à mortuis suscitauit. 4. Regum cap. 4.

SICCAMIVM.

Siccamium oppidum quod propter mõtem Carmelum, cui inhæret dicebatur Epha. & nũc Cayphas, non longe ab hoc oppido, est torrens Cison, iuxta quẽ Helyas proph. domini, occidit prophetas Baal. Achab rex Israel ex consilio Helyę proph. congregauit in monte Carmelo quadringentos quinquaginta prophetas Baal, prophetasq; lucorum quadringentos, qui comedebant de mensa Iezabel vxoris Achab regis Israel. Accedẽs autem Helyas propheta domini ad omnem populum Israel, ait. Vsquequo claudicatis in duas

parte

partes.Si dominus eſt deus ſequimini eum.Si autem Baal ſequimini illum. Ego remãſi propheta domini ſol us. Prophetę autem Baal, quadringenti & quinquaginta, prophetęque Lucorum quadringenti viri ſunt, dentur nobis duo boues,& illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſtra cædentes,ponant ſuper ligna,ignem autem non ſupponant.Et ego faciam bouem alterum,& imponam ſuper ligna,ignem autem non ſupponam.Inuocate nomina deorum veſtrorum, & ego inuocabo nomen dei mei,& deus qui exaudierit per ignem,ipſe ſit deus.Reſpondens omnis populus,ait.Optima propoſitio,quam locutus eſt Helyas.Tunc prophetæ Baal acceperunt bouem vnum,& ſuper ligna poſitum,inuocabant nomen Baal,de mane vſque ad meridiem,dicentes. Baal exaudi nos,& non erat vox,nec qui reſponderet. Poſtquam autem tranſiit meridies, & venerat tempus quo ſacrificium offerri ſolet,nec audiebatur vox, nec aliquis reſpõdebat,nec attendebat orantes. Dixit Helyas omni populo.Venite ad me.Cumque iam tempus eſſet,vt offerretur holocauſtum, accedens Helyas propheta, dominum deprecatus eſt. Et continuo cecidit ignis domini, & vorauit holocauſtum Helyæ.Quod cum vidiſſet omnis populus,cecidit in faciem ſuam,& ait.Dominus ipſe eſt deus,dominus ipſe eſt deus.Dixitq; helyas ad eos Apprehendite prophetas baal,& ne vnus quidem effugiat ex eis.Quos cũ apprehendiſſent, duxit eos helyas ad torrentem ciſon,& ibi eos interfecit tertio regum capite decimo octauo. SABAMA.

SAbama ciuitas Moab, in terra Galaad, quę cecidit in sortem tribus Ruben. In ea erat vinea, cuius meminit Esaias proph. ca. 16. dicens. Campi Esebon lugebũt, vinea Sabama. Vinea Sabama interpretatur attollens altitudinem, eo quod in altum se erigat, & superbię suę Turrim, vsq; ad cęlum extruere conetur D. Hiero. in Esaiam proph. in dicto cap. Tomo 5.

SOCHOT.

SOchot scenę. i. tabernacula, locus in quo habitauit Iacob, regressus de mesopotamia, ibiq; domũ ędificauit, & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius Sochot. i. tabernacula. Gen. 33. cap. Gedeon tulit seniores ciuitatis huius, & spinas deserti, ac tribulos, & contriuit cum eis, atq; comminuit viros Sochot, eo quod exercitui suo, prę lassitudine deficienti nõ dedissent panes. Iudicum 8. cap.

SALEM.

SAlem ciuitas Sichimorum, quæ est in terra Chanaan. Gen. 33. cap. Nunc autem appellatur vicus Salumias, distans à Scythopoli vrbe (quæ olim Bethsan dicebatur) 8. lapide.

MONS SION.

MOns Sion, in quo vrbs sancta (quę Hierusalem dicitur) condita est. D. Hiero. in Esaiã proph. ca. 1. To. 5. inde est quod dicit proph. Psalmo. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Sion interpretatur specula, quę in sublimibus sita, de longe venientia contemplatur. D. Hiero. in Esaiã cap. 22. To. 5. De Sion

exibit

exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Esaias ca. 2. & ibi D.Hiero.To.5. SEBASTEN.

S Ebasten, siue Samaria oppidũ Palestinæ, vbi san cti Iohannis Baptistæ reliquię conditę sunt, prius vocabatur Semeron, legitur in regnorũ libris, quod Amri rex Israel, emerit montem semeron, a quodam semer: & ædificauerit in vertice eius ciuitatem, quam ex nomine illius, à quo mõtem semeron emerat, appellauit semeron. Hæc ab Herode Antipatridi filio, in honorem Augusti Cæsaris, Græco nomine sebasti, id est augusta vocata est, fuit & metropolis decem tribuum Israel. Hiero. in Osee prophetam capite 2. Tomo 6. Phul rex Assyriorum sub Manaham rege Israel, primus vastauit decem tribus Israel. Secundus sub Phacee rege Israel Teglatphalasar rex Assyriorum magnã partem populi Samarię in assyrios trãstulit, quo tempore apud Gręcos. 2. annus. 1. Olympiadis fuit: & apud latinos nec dum Roma condita fuit. D. Hiero. in Osee proph. ca. 5. To. 6. Tertius Salmanasar rex assur obsedit samariã, quę nunc sebaste vocatur, tribus annis, & 9. anno regni Osee cępit eã, vinctũq; Osee in carcerẽ misit, & trãstulit Israel in assyrios, posuitq; eos in Hala, & in Habor, iuxta fluuium Gozan in ciuitatibus. D. Hiero. in Esa. ca. 7. To. 5. Quartus sargon qui etiam expugnauit azotũ. Quintus Esaraddon, qui trãslato Israel, samaritanos in terram Iudæam custodes misit. Sextus Sennacherib, qui sub Ezechia rege Iudęę, capta Lachis, & cæteris Iudææ vrbibus, obsedit Hierusalẽ. D. Hiero. in Esaiã. proph. ca. 36. To. 5.

Samaria

Samaria olei fertilissima est. Hiero. in Osee prophetam cap.12. To. 6. In hac vrbe sepulti sunt Helisæus, et Abdias prophetæ (et quo maior inter natos mulierum nõ fuit) Iohannes baptista. D. Hiero. ad Eustochium virginem, Tomo 2. Cum hæc vrbs a Christianis colebatur, insignita erat episcopali sede.

SICHEN.

S Ichen siue Salem, quæ Latine, et Grçce Sichima vocata est, ciuitas Iacob, quam depopulati sunt Symeon, et Leui filii Iacob. Sichen quoq; et Emor principem terrç huius necauerunt, ob stuprum dinæ sororis. Oues eorum, et armenta, et asinos, cunctaq; vastantes, quç in domibus, et in agris erãt, paruulos quoque eorum, et vxores duxerunt captiuas. Genesis 34. ca. Hçc vrbs nunc deserta est. Ostenditur autem locus, iuxta sepulchrum Ioseph. Hancvrbẽ subuertit Abimelech, filius Gedeonis ex concubina, ita vt sal in ea dispergeret. Iudicum 9. cap. Postea vero instaurata est à Hieroboam rege Israel, vt regnorum narrat historia. Nunc vocatur Neapolis. Hieronymus in Osee prophetam cap. 6. Tomo 6. Olim Ephron, et Mamortha (vt ait Plinius) et Marbota secundum Iosephum dicta est. Nũc vero dicitur Pelosa, siue Naxoulousa.

SILO.

S Ilo vrbs in tribu Effraim, in qua arca testamenti mansit, et tabernaculum domini, vsque ad tempora Samuelis prophetæ. Vix altaris fundamenta monstrantur. Hiero. in Sophoniam prophetam cap. 1. Tomo. 6.

.1.To.6.Hic dominus apparuit Samueli. 1. Regum cap. 3.Hely propheta existens in silo vrbe: sedens super sellam, contra viam, cum audiret quod Israel fugisset corã Philistiim: insuper & duo filii eius mortui erant, Ophni, & Phinees, & arca dei capta, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus. Senex enim erat, & grãdęuus, scilicet 98. annorum, iudicauitque Israel 40. annis. 1. Regum cap. 4.

SILOA.

S Iloa, fons est in radicibus montis Sion, qui non iugibus aquis, sed in certis horis, diebusque ebullit, & per terrarum concaua, & antra saxi durissimi, cum magno sonitu venit. D. Hiero. in Esa. proph. ca. 8. To. 5. & in Hieremiam cap. 14. To. 5.

MONS SARON.

S Aron, mons est in tribu Effraim: cuius & Esaias meminit, dicens: In paludes versus est Saron, vsque in pręsentem diem, regio inter montem Tabor, & stagnum Tyberiadis, Saronas appellatur. Sed à Cæsarea Palestinę, vsq; ad oppidum Ioppe, omnis terra quę cernitur, dicitur Saronas, & est hodie locus pascendis gregibus aptus, quę iuxta soli qualitatem, Petro prędicante, fidei continuo fructus germinauit. Estq; regio fertilissima. D. Hiero. in Esa. proph. ca. 35. To. 5. & ca. 23.

SAVE.

S Aue ciuitas ãtiqua, in qua habitauerũt Ommęi, gens valida, super regionem Sodomæ, quã excidit Chodorlaomor rex Elamitarũ. Quatuor re-

ges profecti de Babylone, interfecerunt gigantes, hoc est raphaim, robustos quoq; Arabiæ, & Zozim i Hom, & Emin in ciuitate Saue: quæ vsque hodie sic vocatur. Zozim autem & Emin, terribiles & horrendi interpretantur. Hiero. in Genesim To. 2.

VALLIS SILVESTRIS.

VAllis Siluestris, siue Salinarum: in qua fuerũt ante putei bituminis: sed post dei iram, & sulphuris pluuiam, in mare mortuum versa est: inde est quod mare Mortuum vocatur stagnum Asphalti, id est bituminis. D. Hiero. in Genesim Tomo 2. In hac valle siluestri Chodorlaomor rex Elamitarum, & tres alii reges, scilicet Thadal rex gentium, & Amraphel rex Sennaar, & Arioth rex Ponti, pugnauerunt contra quinq; reges, scilicet Basa regem Sodomorum, Bersa regem Gomorræ, Sennaar regem Adamæ, Semeber regem Seboym, & contra regem Balæ, ipsa est Segor: & ibi eos vicerunt. Genesis 14. cap.

MONS SEIR.

MOns Seir i terra Edom: in qua habitauit Esau, in regione Gabalena, quę ex eo quod Esau pilosus esset, & hispidus Seir, id est pilosi nomen accepit. Hiero. in Esa. proph. ca. 21. To. 5. Et in Ezech. cap. 35. To. 5 In his locis prius habitabat Chorræus, quem interfecit Chodorlaomor rex Elamitarum. Hic habitauit Esau, fuitq; pater Idumæorũ. Reges autem qui regnauerunt in terra Edom, antequã haberent regem filii Israel fuerũt hi Balach filius Beor, noméq; vrbis eius Denaba.

Iobab

Iobab filius Zare de Bosra, Husam de terra Themanorum. Adad filius Badadi, qui percussit Madiã, in regione Moab, & nomen vrbis eius, Auith. Semla Demoserecha. Saul de fluuio Roboth. Balanan filius Achobor. Adast nomenque vrbis eius Phon, & appellabatur vxor eius, Mezabel filia Matreth, filiæ Mizaab. Gen. 36. cap. Seir, siue Edom, siue Idumæa, siue Duma, vna & eadem gens est. D. Hiero. in Ezech. proph. cap. 25. To. 5. & dicitur Seir ab Esau, qui hispidus & pilosus erat: pilosi nomẽ accepit, & Edon dicitur sanguinarius, qui ob lenticulæ russę coctionem primogenita perdidit: & ab edulio sortitus est vocabulum, Esau quoque facta interpretantur. Edom ipse est, qui & Esau. Hiero. ĩ Amos proph. cap. 1. Tomo 6.

SODOMA.

Sodoma, ciuitas impiorum, diuino igne consumpta: rex huius vrbis vocabatur Basa. Genesis 14. capite. Sodoma & Gomorra, maiores erant in crimine: Adama, & Seboym earum exempla sectatæ sunt. Nota quod ibi contra Iudam dicitur, id est populum dei, ponitur Sodoma, & Gomorra. Esaias propheta capite 1. dicens: Audite legem Dei principes Sodomorum: attendite verbum domini populus Gomorræ. D. Hiero. in Osee proph. cap. 11. To. 6. Sodoma, & Gomorra quõ ĩ scripturis accipiãtur. videre ẽ apud Hiero. ĩ Soph. prop. ca. 2. To. 6. Iudęi nõ recte ĩterpretãtes hũc locũ. Ezech. ca. 16. & soror tua Sodoma, & filię eius reuer tẽtur ad antiquitatẽ suã, dicũt quod ĩ Christi sui aduẽtu:

quem nos Antichriſtum ſcimus, Sodomam reſtituendã in antiquum ſtatum: itavt ſit quaſi paradiſus dei, & quaſi terra ægypti, & etiam Samariam priſtinã recipere fœlicitatem, vt de aſſyriis reuertẽtur in terrã Iudęã. Hier. in Ezechielem cap. 16. To. 5.

SEBOIM.

S Eboim ciuitas impiorum, in ęternos cineres diſſoluta, rex huius vrbis vocabatur Semeber. Gen. 14. capite.

SPELVNCA LOTH.

S Pelunca Loth ſita eſt in monte, iuxta Segor vrbem, in qua Loth mãſit, & duę filię eius cum eo, cum dominus ſubuerteret ciuitates Sodomorũ. Dixitq; maior ad minorẽ, pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos, iuxta moremvniuerſę terrę. Veni inebriemus eumvino, dormiamusq; cum eo, vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen. Dederũt itaq; patri ſuo bibere vinum nocte illa, & ingreſſa eſt maior, dormiuitq; cum patre. At ille non ſenſit, nec quando accubuit filia, nec quando ſurrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorem, ecce dormiui heri cum patre meo. Demus ei bibere vinum etiã hac nocte & dormies cum eo, vt ſaluemus ſemen de patre noſtro, dederuntq; etiam & illa nocte patri ſuo bibere vinum. Ingreſſaq; minor filia dormiuit cũ eo, & nec quidem tunc ſenſit quando concubuerit, vel quãdo illa ſurrexit. Conceperunt ergo duæ filię Loth de patre ſuo peperitq; maior filiũ, & vocauit nomen eius Moab. Ipſe

eſt

est pater Moabitarũvsq; in præsentẽ diẽ, minor quoq; pe
perit filiũ,&vocauit nomẽ eius ãmõ.i.filius populi mei.
Ipse est pater ãmonitarũvsq; hodie.Gen.ca.19. D.Hier.
in Nahũ proph.ca.3.To.6. sub hoc mõte in quo est spe-
lũca Loth,sunt multę arbores pulcherrimos fructus de-
ferentes,in his nihil est, præter cinerem.

SEPVLCHRVM RACHEL.

Gressus Iacob de Bethel, venit verno tẽpore,ad
E terrã,quę ducit Effratã.In qua cum parturiret Ra
chel vxor eius, ob difficultatẽ partus periclitari
cępit,dixitq; ei obstetrix, noli timere,quia & hũc habe
bis filiũ.Egrediẽte aũt aĩa prę dolore, & imminẽte iam
morte, vocauit nomen filii sui Bennoni.i.filius doloris
mei.Pater vero appellauit eũ Beniamin.i. filius dextræ,
mortua ergo Rachel,& sepulta est ĩ via, quę ducit Effra
tam.Hæc est Bethleem.Erexitq; Iacob titulũ, super se-
pulchrum eius.Hic est titulus monumenti Rachel,vsq;
in præsentem diem.Gen.35.ca.

SARAA.

Araa, vicus in finibus Eleutheropoleos contra
S septentrionẽ pergẽtibus Nicopolim, estq; in tri
bu Dan. Ex hac vrbe erat Manue pater Sãsonis,
cui angelus apparuit,qui prius vxori eius apparuerat: di
xitq; angelus domini ad Manue, ab oĩbus,quæ locutus
sum vxori tuę abstineat se, & quidquid ex vinea nascitur
nõ comedat: vinum & siceră non bibat:nullo vescatur
ĩmundo:& quod ei pręcepi:quia concipiet,& pariet fi-
lium,cuius non tãget caput nouacula: erit enim Naza-
ręus dei ab infantia,& ex matris vtero:& ipse incipiet li

 berare

berare Iſrael de manu Philiſtinorũ.Iudi.ca.13. Inter Saraa,& Eſthaol,Manue,& Sãſon filius eius, ſepulti ſunt. Iudic.cap.16.

SOCHOTH.

P Hiliſtiim cõgregãtes agmĩa ſua in prçliũ,conuenerũt ĩ Sochoth,&caſtrametati ſũt iter Soch.& Azecha in finibus domin:porro Saul,& filii iſrael cõgregativenerũt invalle Terebinthi , & direxerunt aciẽ ad pugnãdũ cõtra Philiſtiim.Et egreſſus eſt vir ſpurius,de caſtris Philiſtinorũ noĩe Goliath de Geth,altitudĩs 6.cubito.& palmi , & caſſis erat ſuper caput eius,& lorica hamata ĩduebatur,ſtãs clamabat aduerſũ phalanges Iſrael,&dicebat eis:eligite exvobisvirũ,& deſcẽdat ad ſingulare certamẽ:ſi percuſſerit me,erimus vobis ſerui,ſi aũt percuſſero eũ,eritisvos ſerui,& ſeruietis nobis. Hũc Dauid occidit,nã cũveniret Philiſtçus ipſe, & appropĩquaret cõtra Dauid, miſit Dauid manũ ſuã in perã:tulitq;vnũ lapidẽ,& fũda iecit, & circũducẽs percuſſit eũ ĩ frõte,& infixus ẽ lapis ĩ frõte eius,& cecidit ĩ faciẽ ſuã ſuper terrã,prçualuitq; Dauid aduerſũ Philiſtçũ in funda,& lapide, percuſſumq; Philiſtæũ interfecit in valle Terebinthi.1.Reg.ca.17.& 21.

SICELECH.

S Icelechvrbs in tribu Symeõ,quã Achis rex alienigenarũ dedit Dauid propter quã cãm facta eſt Sicelech regũ Iuda,vſq; in diẽ hãc.fuit aũt nũerus dierũ,quibushabitauit dauid in regiõe Philiſtinorũ 4.menſiũ.1.Reg.ca.27.

SPELVNCA DVPLEX.

S Pelũca duplex erat ĩ extrema parte agri Ephronis filii Seor,quã Abrahã emit cũ agro quadringentis ſiclis argẽti,probatę monetę publicę, con

firmatusq; est ager quódã ephronis, in quo erat spelũca duplex respiciẽs Mãbre, tã ipse quã spelũca, & oẽs arbores eius in cũctis terminis eius per circuitũ Abraę in possessionẽ vidẽtibus filiis Heth, & cũctis qui intrabãt portã ciuitatis illius. In hac spelũca duplici sepultus ẽ Abraham, Ysaac, & Iacob: Sara, & nepotes. Gene. 23. cap. & 25. & vltimo.

TYBERIAS.

Tyberias oppidum, quod olim Cheneret appellabatur. Herodes rex Iudęę in honorẽ Tyberii Cęsaris tyberiadẽ appellauit. Hie. de locis hebr. idẽ in Ezech. prop. ca. vlt. To. 5. Cũ hęc vrbs à christianis habitabatur, episcopali sede insignita erat.

TABOR.

Tabor mõs excelsus, atq; pulcherrimus in galilęa situs in cãpestribus, rotundus, atq; sublimis, et ex omni parte finitur ęqualiter, distans à diocęsarea 10. mil. de hoc mõte in Psal. legimus, Tabor, et Hermon in nõie tuo exultabũt. Hũc mõtẽ et in Hiere. prop. 70. Itabyriũ trãstulerũt, ĩ quo aues laqueis capi solẽt. D. H. in Osee proph. ca. 5. to. 6. In hoc mõte transfiguratus est dominus noster Iesus Christus, ãte Petrũ, Iacob. et Ioan. apostolos. et resplẽduit facies eius sicut sol, vestimẽta aũt facta sũt alba, sicut nix, et apparuerũt illis Moyses, et Helias cũ eo loquẽtes: respõdẽs aũt Petrus dixit ad Iesũ, domine bonũ ẽ nos hic esse sivis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnũ, et Moysi vnũ, et Helię vnũ. Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicẽs. Hic ẽ filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui, ipsũ audite. Et descẽdẽtibus illis de mõte præcepit illis iesus, dicẽs: nemeĩ dixeritis visionẽ hãc. donec

filius hõis à mortuis resurgat. Matthęi ca.17. Marci.9. et Lu.9. et illic à christia. ędificata ẽ ecclesia. TAPHVA

T Aphua, vrbs in tribu Manasse. Iosue 17. à qua et regio vicina Taphua dicta est. rex huius vrbis à iosue duce Israel occisus fuit. Ios. 12. ca. Iuxta hanc vrbem fons erat laudatissimus: propter aquarum eximiam salubritatem. THERSA.

T Hersa vrbs in tribu Effraim: rex huius vrbis à Iosue occisus fuit. Iosue 12. ca. In hac vrbe habitauit Hieroboã rex Israel. 3. Reg. ca. 14. et 15. anno. 27. Asa regis Iuda regnauit Zãbri 7. dieb. in Thersa. Porro exercitus Hela regis Israel obsidebat Gebethõ vrbẽ Philistinorũ. cũq; audisset rebellasse zãbri, et occidisse regẽ fecit sibi regẽ omnis Israel Amri, qui erat princeps militię super Israel in die illa, in castris. Ascẽdit ergo Amri, et omnis Israel cũ eo de Gebethõ, et obsidebãt Thersa. vidẽs aũt zãbri, quod expugnãda esset ciuitas, ingressus est palatiũ, et succẽdit se cũ domo regia, et mortuus est in peccatis suis. 2. Reg. ca. 16. TEREBINTHVS.

C Vm Iacob proficisceretur in Bethel vrbem facturus ibi, altare dñõ, qui exaudiuit eũ in die tribulationis suę, et socius fuit itineris sui. Accepit oẽs deos alienos, qui erãt in familia sua, et inaures, quæ erãt in auribus eorũ. At ille ĩfodit eas subter terebinthũ quæ est post vrbẽ Sichẽ. gen. 35. ca. THAMNATSARA.

T Hãnatsara vel thãnatsare, ciuitas Iosue filii num, in mõte sita, in qua et ipse Iosue dux Israel habitauit, illicq; mortuus ẽ Iosue 110. an. Iosue 24. ca.

Terebinthus.

TEREBINTHVS

T Erebintus arbor, distans ab vrbe sancta, duobus milibus: sub qua (vt pie creditur) intemerata semperq; benedicta virgo Maria, cum filio domino nostro solebat sedere, & paululum quiescere: cum iret in sanctam ciuitatem: & cum egrederetur a Hierosolimis: quę arbor vsque in presentem diem permanet.

THECVE

T Hecue oppidum. vnde erat Amos propheta: 6. milibus ad meridianam plagā. abest a sancta ciuitate Bethleem: in qua natus est saluator vniuersi seculi: & vltra nullus est viculus: ne agrestes quidē casæ furnorū similes: quas aphri appellant mapalia. tanta est eremi vastitas, que vsq; ad mare rubrum, persarūque & æthiopū, atque indorum terminos dilatatur, & quia terra est arida, atq; arenosa, nichil omnino frugū gignitur, ipsa est plena pastoribus, vt sterilitatem terrę cōpensent pecorum multitudine. ex hoc numero pastorū & Amos proph. fuit. D. Hie. in proemiū Amos prophete tomo 6. in hoc etiam oppido sepultus est Amos prop. cuius sepulchrū vsq; in presentē diē ostenditur. Hunc amos prop. amasias sacerdos frequēnter plagis afflixit: tādem filius eius ozias vecte per tempora trāffixit: post hec semiuiuus effectus, post aliquot dies dolore vulneris expirauit, sepultusq; est cū patribus suis ī thecue. iuxta desertū Thecue, est vallis benedictionis, quę sic dicta est, eo quod Israel & Iosaphat rex ibi benedixerūt domino, propter victoriā quę vallis vsque in præsentem diem vocatur, vallis benedictionis. 2. Paralipome. ca. 20.

THANNATHA.

THannatha vrbs in tribu Dan: in qua Sanſon accepit vxorem de Philiſtiim. Cumque deſcenderet Sanſon cum patre ſuo, & matre in Thãnata, & veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus Leonis ſæuus, & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem ſpiritus domini in Sanſon, & dilacerauit Leonem, quaſi hędum in fruſta decerperet, nihil omnino habens in manu, & hoc patri, & matri noluit ĩdicare. Et poſt aliquot dies, reuertens vt acciperet vxorem, declinauit vt videret cadauer Leonis, et ecce examen apum in ore Leonis erat, ac fauus mellis. Quem cum ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via, et veniens ad patrem ſuum, et matrem dedit eis partem, qui et ipſi comederunt, nec tamen voluit eis indicare, quod mel de corpore Leonis aſſũpſerat. Iudicum cap. 14.

TYRVS.

TYrus, ſiue Sor, Phænicis regionis metropolis nobiliſſima, et pulcherrima ciuitas, totiuſque orbis emporium, negociatione gaudens conchylii, atque purpuræ, tandem ab Alexãdro rege Macedonum, ſex menſibus obſeſſa capta fuit. D. Hiero. cap. 26. et 27. in Ezechielem proph. et cap. 23. in Eſa. proph. To. 5. Hęc vrbs quondã inſula fuit prealto mari, ſeptingentis paſſibus diuiſa, ſed ab Alexãdro magno Macedonum rege, terra continens facta eſt, propter expugnationem, multis in breui freto aggeribus comportatis. Hyrã rex olim huius vrbis nuncios miſit ad Dauid regem Iſrael, et ligna

gna cædrina,et artifices parietum lignorũq;, vt ædificarent ei domum 1.Paralipomenon cap. 14. Illic & iuxta hanc vrbem, vſque in præſentem diem oſtẽditur ſepulchrum Origenis. In hac vrbe Paulus apoſtolus,inuentis ibi diſcipulis,manſit diebus ſeptem,qui Paulo dicebant per ſpiritum,ne aſcenderet Hieroſolimam, expletis autem diebus,profectus,ibat vſque foras ciuitatem, & poſitis genibus in littore orauit. Actuum cap.21. Cum hæc vrbs nobilis à Chriſtianis colebatur, inſignita erat ſede archiepiſcopali.

ZIPH.

Ziph,vrbs in 5.milliario Hebron,contra oriẽtem, vſque hodie vicus oſtenditur, vbi abſconditus eſt Dauid.1.Regum cap.23. Eſt etiam deſertum, nomine ziph,in quo eſt mons eodem nomine, qui eſt ſqualidus,vel caligans,ſiue nebuloſus, in quo ſedit Dauid prope Chermelam,quę in diuinis ſcripturis Carmelus appellatur,vicus hodie Iudæorum, vnde fuit Nabal carmelus. Sed & vnus de poſteris Chaleb dictus eſt ziph,à quo vrbs (vt rceditur) ſic denominata eſt. Vide libros Paralipomenon.

FINIS.